



**Amoenitates theologico-philologicae, in quibus varia S.  
Scripturae loca ritus prisci & inedita quaedam Erasmi,  
Bocharti, Baudii, Scriverii, J. de Laet &c. eruuntur**

<https://hdl.handle.net/1874/34353>

TH. J. ab ALMELOVEEN

# AMOENITATES

THEOLOGICO-PHILOLOGICÆ,

IN QUIBUS

Varia S. Scripturæ loca ; ritus prisca, & inedita quæ-  
dam ERASMI, BOCHARTI, BAUDII,  
SCRIVERII, J. DE LAET, &c. eruuntur.

*Subjiciuntur*

EPIGRAMMATA & POËMATA

VETERA,

Ut &

PLAGIARIORUM SYLLABUS

*altero tanto auctior*



AMSTELÆDAMI

Apud JANSSONIO-WAESBERGIIOS.

CIO IOCXCIV.

*Nobilissimo, Amplissimoque*

V I R O

FRIDERICO BENEDICTO  
CARPZOVIO

Senatori Lipsiensi gravissimo & Lite-  
ratorum Mecenati maximo

S. P. D.

TH. J. AB ALMELOVEEN.

**L**imum ut indurescere, ce-  
ramque e contrario, quæ  
prorsus oppositæ operatio-  
nes sunt, uno eodemque liquesce-  
re ut videmus igne, sic certe ipsum  
amorem, qui merito ob multos si-  
miles effectus cum igne comparari  
solet, non numquam etiam in ho-  
minibus prudentissimis sapientissi-  
misque plane contrarias operatio-  
nes producere observamus. Harum  
alterum est, quum amicos nostros

\* 2

omni

## D E D I C A T I O.

omni qua possumus prudentia, ne quando in malum aliquod, aut dedecus, quod ratione necessitudinis arctioris nostrum ducimus, vel levius incidant, arceamus prohibeamusque. Alterum, quod priori adversatur, est quum nimio erga amicos nostros immoderati amoris benevolentiaque affectu abrepti occæcæque, ipsimet eorum erroribus album calculum adjicimus aut si mavis, eos in vitiorum dedecorumque, ut taceam malorum calamitatumque, si ita loqui fas sit, abyssum præcipitemus. Hoc tam prisca quam nostri ævi multis adstruere atque illustrare exemplis cum vel mediocriter in literis humanioribus versato fiet facile, plane supervacuum puto, adeoque labore eo potius supersedendum. Ex innumeris  
dum

## D E D I C A T I O.

dumtaxat, cum Ipse sis multa lectione expertus, & Tibi sint quæsitæ, meditata, evigilataque omnia, unum feligam CHilonis Lacedæmonii, quem eo delapsum inconstantia aut potius imprudentia legimus, ut præ nimio, quo in amicum suum carissimum ferebatur, amore à via æquitatis honestatisque, quæ omnibus rebus præponderare debent declinaverit, cujus actus vel in ipso mortis articulo, quod vix in CHristianum hoc nostro seculo (proh dolor!) cecidit, videtur veram pœnitentiam egisse. Verum an, & in quantum, id liceat viro honesto anxie ex variis autoribus apud Aulum Gellium disquiratur. Posterioris vero summi illius amoris effectus, quo nempe amicos ut dubiam sæpius famæ subeant aleam suademus, exempla haud

## D E D I C A T I O.

pauciora numero sunt. Quin imo si sollicitius inquiras, plerosque Veterum libros suos amicorum adhortatione atque suasu in lucem edidisse deprehendes. Id sibi evenisse in epistolarum præfatione ad Titium suum agnoscit Plinius Secundus, ad Constantium suum Sidonius Apollinaris, Cornificius (si modus is verus auctor est) ad C. Herennium aperte profitentur. Addam præclaris hisce eloquentiæ Romanæ ut ita dicam Deum M. Tullium, (cujus, si quando loquutura fuissent Musæ Latine, ut olim Græce Platonis Xenephonteique, voce usas autumo) qui utrum difficilius an majus sit negare idem sæpe roganti amico, an vero id efficere, diu multumque se dubitasse ad Marcum Brutum scribit. Nam negare ei quem uni-

ce

## D E D I C A T I O.

ce diligeret, cuique se carissimum  
 esse sentiret, præsertim justa peten-  
 ti & præclara cupienti durum ad-  
 modum ipsi videbatur. Et suscipe-  
 re tantam rem, quantam non mo-  
 do facultate consequi difficile esset,  
 sed tamen etiam cogitatione com-  
 plecti vix arbitrabatur esse ejus, qui  
 vereretur reprehensionem docto-  
 rum atque prudentium. Quid tan-  
 dem? id quoniam, sic sonant e-  
 jus, quæ pergo describere, ver-  
 ba, me sæpius rogas aggrediar  
 tamen non tam perficiendi spe  
 quam experiundi voluntate. Ma-  
 lo enim cum studio tuo sim ob-  
 sequutus, desiderari a Te pruden-  
 tiam meam, quam si id non fece-  
 rim, benevolentiam. Quibus si  
 veniam tutamenque suis præfixit  
 operibus maximus ille Orator,  
 spero

D E D I C A T I O.

spero me hujus ceterorumque rationes & exempla, quamquam longe dispari passu, sequutus, apud Te aliosque extruso nunc recens in publicam lucem huic opusculo veniam impetraturum. Cum itaque, quos, dum in vivis essent, absens feci plurimi, diligenterque, quantum sivit ingenii mei modulus, per literas colui, maximos laudatissimosque in republica Literaria viros MORHOFIUM PETITUMQUE, hunc suos de Sibylla libros, illum de Aurora pretiosissimam Orationem, ac tandem communem nostrum amicum MUHLIUM Convivium suum Eruditum (cujus utinam cum aliis absentibus fuisses præsens membrum!) videam Tibi, Illustrissime CARPZOVI, utpote

Ἀνδρῶν αἰπάντων τῶ μαλίσ' Εὐεργέτη

Φίλων αἰπάντων Φιλτάτῳ

Mu-



D E D I C A T I O.

Mufarum præfidi, Meccenatique  
 maximo obtuliffe; amicorum meo-  
 rum exhortationibus me quoque  
 eo ut hæc qualiacumque, tamquam  
 summæ in Te meæ observantiæ te-  
 stimonium fisterem, perduci facile  
 sum paffus; & quidem facile, nam  
 præter quod Te occasiones obli-  
 gandi me avidiffime amplecti vere  
 prolixæque affirmarent, addebant  
 infuper amici illi, quod olim pater  
 ille vatum de Afteropæo, Lipfius  
 de Mekercho, dixit, *ἠεὶ δὲ ζῆλον* fui-  
 fe, id de Te jure merito poffe præ-  
 dicari, qui in republica & in huma-  
 nioribus literis ita verfaris ut in al-  
 tero horum unus summusque effe  
 videaris. Quinimo Te effe dicebant  
 verbis Ennii

*Uno ore quem plurimæ confentiunt*

*Gentes effe virum populo primarium*

\* 5

*Unde*

# DEDICATIO.

*Unde populi & reges omnes consi-  
lium expetant*

*Suarum rerum incerti.*

Juxta hæc etiam CARPZOVIORUM  
celeberrimum nomen me remoran-  
tem impellere debere subjunge-  
bant, Nobilissimosque hoc exige-  
re Fratres tuos viros præclarissimos,  
quorum Joannem Benedictum san-  
ctæ Theologiæ, Augustum Benedi-  
ctum Jurisprudentiæ in celebri ve-  
stra Academia Lipsiensi, quæ ut o-  
lim universæ Græciæ oculus doctæ  
Athenæ, sic totius nunc Germaniæ  
est, salutes professores dignissimos,  
Samuelem vero Benedictum Super-  
intendentem Dresdæ & Consisto-  
rii Sacri in Electorali Saxonæ Aula  
Assessorem videas gravissimum.  
Quibus solidissimis, ut ceteras ta-  
ceam permultas, cum videas me  
per-

# D E D I C A T I O.

permotum rationibus, Amplissime  
 CARPZOVI, noli si quid etiam in  
 hisce peccarim, nisi culpam in ami-  
 corum ferventem in Te atque meos  
 labores amorem conjicere, iisque, si  
 quidem & illi peccarint, etiam pro  
 summa Tua, qua es erga omnes,  
 benevolentia atque humanitate i-  
 gnoscere, & me meosque, si quid  
 putaris, id namque soles, labores  
 in tutelam Tuam recipere. Fateor  
 rem haud tanti esse momenti, ve-  
 rum Tua incredibilis humanitas  
 atque mirifica, qua nitor, clementia  
 cum nihil soleat despiciere nihilque  
 negligere, non possum non optima  
 quæque sperare, ac felicissima au-  
 gutari. Vale Vir Illustrissime & me,  
 uti facis, amare pergito. Dabam  
 Gaudæ in Batavis Iphis Natalib.  
 Christi clolo cxciii.

THEO.


THEODORUS  
JANSONIUS

A B

ALMELOVEEN

S. P. D.

LECTORI BENIVOLO.

 *Uod hic tibi sisto, Lector Humanissime, Opusculum continet Epistolam verbosiorum ad amicum meum veterem, quem ego, quum simul studeremus arte familiariterque dilexi; ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis, cum hoc seria, cum hoc jocos miscui, nihil mihi illo fidelius amico, aut sodale fuit jucundius, uti olim de Voconio suo Romano testatus est Plinius Secundus, quam ego primum tum ratione materiae, tum occasionis decreveram conscribere sub titulo Enceniorum Gaudanorum, quando*

P R Æ F A T I O.

do quidem tempore, quo illa celebrari soleant, hæc, uti in libro deprehendes ipso, facta nataque sunt. Verum quum quidam paullo religiosiores putarent hunc titulum libro, qui etiam multa sacra continet atque interpretatur, non convenire, prætexentes ea non nisi profana atque Bacchanalia sapere, inscriptionem mutavi, quamquam constet Encæniam non nisi mera sacra fuisse tempore inaugurationis templorum celebrata, adeoque longe satius hanc inscriptionem convenisse; multo magis si notaris autore Gerardo Vossio juniore ad Velleium Paterculum mercatus nundinarumque dies olim in festa ac in idem tempus fere incidisse. Verum cum illi non librum statim sed titulum inspicere opponerent, judicarentque amœniorem fore magisque lectores allicientem titulum, illorum morem gessi opinionibus, & hanc quam vides Amœnitatum Theologico Philologicarum inscriptionem libro præscripsi. In hoc super varia Sacræ Scriptu-

P R E F A T I O.

*re loca novas fortassis scripsi interpretationes at ut Xenophanes olim scripsit, quid putem, non quid contendam ponam, hominis enim hæc opinari, Dei scire adeoque dico me rerum non comprehensarum, nec firmissime creditarum sed potius opinatarum, & forte verarum sermonem protulisse. Si quid tamen minus recte exposuero, libens indicta velim, illorumque facile transibo in castra qui melius me edocuerint, nam nihil humani a me alienum putavi umquam, certus quod ille dixit:*

Ἀμαρτίνδ' ἢ καὶ σοφῆ σοφώτερον.

*Neque ego, cum magnos habeam, præter Hippocratem, duces, Vossium, Bochartam, Cocceium, Douzam, Meursium, aliosque summæ eruditionis antistites, qui sua agnovere σφάλματα, mihi turpe ~~me~~ putabo errores meos etiam palam, si quis modeste ostenderit, agnovisse*

P R Æ F A T I O .

visse & cum magno Augustino retra-  
 Etasse. Præter sacra multa etiam va-  
 rii profani enumerantur ritus atque lu-  
 di quos cum hodiernis ideo comparavit  
 libentius quod indies culpantes audiam  
 homines orbem novum atque alterum ap-  
 paruisse, cum plane, ut alii jam dudum  
 demonstrarunt, & alter sit & prorsus idem.  
 Fuit hic olim in medicis inventis No-  
 vantiquis noster scopus, fuit & in riti-  
 bus Antiquitatibusque e Sacris Profanis,  
 nunc vero in ludis moribusque versata  
 nostra est opella, nec etiam sine illustri-  
 bus exemplis. Nam si Onuphrio Pan-  
 vinio de ludis Circensibus, si Julio Cæ-  
 sari Bulengero de Ludis veterum scri-  
 psisse non vertitur vitio, si Joanni  
 Meursio de Ludis Græcorum liber haud  
 parum attulit laudis; quid, si Varroni,  
 Scaligero, Vossio, Martinio, Spelman-  
 no, aliisque viris doctissimis laudi  
 fuit vel primas vocum syllabas originef-  
 que diligenter investigasse, non spero  
 quem.

P R Æ F A T I O.

*quemquam mihi vitio versurum, me in comparandis tam veterum quam recentiorum ludis ritibusque supervacuas a penso quotidiano horas impendisse.*



THEO.



THEODORI JANSONII  
ab ALMELOVEEN

AMOENITATES  
THEOLOGICO-  
PHILOLOGICÆ.

**A**B illo ipso tempore, HENRICË  
SYPESTEYNI, quò tristissimo  
fato, summo, in primis mihi, deploro-  
rando opere, è terris atque gre-  
nio nostro, complexibusque arctissimis mihi

<sup>a</sup> *Ereptum est vita dulcius atque anima  
Conjugium,*

ALETTA CATHARINA IMMER-  
ZELIA Viri Amplissimi JANI IMMER-  
ZELII Consulis Gaudani gravissimi filia u-  
nica desideratissima, primo, eoque quidem  
paulo duriore, partu, omnis nostra extincta  
& mihi & singulis fere amicis visa studiorum  
voluptas atque recreatio est, adeo ut sæpe-  
numero hoc Catullianum mecum repetierim

<sup>b</sup> *Tecum una tota est nostra sepulta domus,*

*Omnia tecum una perierunt gaudia nostra*

*Quæ tuus in vita dulcis alebat amor.*

A

<sup>a</sup> Catull. LXVIII. 105.

<sup>b</sup> Carin. LXVIII. 95.

Quir

Quin exorta ac enata insuper est vel summa ægritudo, quam *dies* juxta quorundam opinionem *adimere* non adeo verum comperior. Quapropter longe aliter ac Syophanes Ægyptius <sup>a</sup> qui, *dum tristitiæ remedium quærit, seminarium potius doloris invenit, nesciens quod sola sit medicina miseriarum oblivio*, ex consilio Ciceronis ad literas confugio, repullulantibusque affectibus renitor, & quantum in me est ad pristinum me accingo laborem, omnia vel saltem eorum quædam si Deus ita voluerit, quæ vel propemodum absoluta, aut perfecta sunt, vel inchoata aut promissa, pro virili quam primum absoluturus. Sed audire Te mihi videor dicentem, an nondum illud consolidatum vulnus est quum Ægyptij LXXII dies, Numa Pompilius decem inenses longissimum lugendi tempus esse voluerint uti ex Stewechio <sup>b</sup> ad Appuleium, & fortean latius ex Geiero de Hebræorum luctu didicisti? non sane: nescis Tu quid idem dicat Poëta <sup>c</sup>

*Difficile est, longum subito deponere amorem.*

Verum, ne longior sim, ut Musicorum cantorumque more aliquod præmittam quasi præludium, non inutilem certe me insumpturum credidi laborem, si epistola verbosiore Tibi, utpote amico, cujus suavissimos complexus

<sup>a</sup> Fulgentius Mytholog. Lib. 1. cap. 1.

<sup>b</sup> Pag. 11, 12.

<sup>c</sup> Carm. LXXVI. v. 13.

plexus identidem soleo reminisci, familiari, quocum non modo tristia ac dura magisque obscura & difficilia, sed etiam jucundiora & minus seria communicare oportet, ea, quæ non ita pridem mihi jucunde & suaviter ab advenis quibusdam evenere, exponerem. Vixdum aliquando ex ægrorum, ut fit, visitatione, quorum tunc temporis opportune profecto numerus non abunde excreverat, domum eram reversus paullo, nescio jam certe quam ob causam, festinantior, quin statim me compellat famulus cujusdam Viri & generis nobilitate & honorum virtutumque splendore illustrissimi qui veterum Romanorum more salutem nuntiaturus missus me rogat num & studia, & domestica ferant mea negotia, ut aliquot horas vacem visitationi Illustrissimi, quem nominabat Comitibus, jam paucos ab hinc dies hasce oras è Germania appulsi; quod quum ex eo intellexissem, mox annui, omniaque quæ temporis permittebat brevitatis, quæ excipiendi tam Illustris erant Viri, comitibusque, quos non vane ad futuros conjeceram, jussi parari. Nondum in ordinem redegeram justum librariam meam, quæ quam confusa sæpissime sit moles nosti plus semel testis oculatus, suppellectilem, quin adest Illustrissimus ille Vir, una cum duobus, qui cum præter

A 2

pedi-

a Plutarch. Quæst. Rom. Qu. ix. Vide plura apud Pontan. *At. Sic. Bellar. part. 1. pag. 283. Athen. Deipnos. lvi. c. 18. p. 262.*

pedisequos comitabantur viris honestissimis, quorum unus videbatur emendatus, permodestus plane & gravis, pauloque etiam horridior in hac temporum licentia, qui Viri illius prænobilis, adolescentis, cum nativitate tum ceteris naturæ fortunæque dotibus, ut de corporis pulchritudine egregia & morum suavitate nihil dicam, eximii, in hoc lubrico ætate tanquam præceptor & custos rectorque lateri erat appositus<sup>a</sup>. Hic, postquam Nobilissimo illi se ipso formosiori<sup>b</sup> Principi fecisset potestatem libertatemque, ut decebat, colloquendi mecum satis diuturnam, in hæc tandem verba erumpit. Exemplis non modo Græcorum Latinorumque Politicorum verum etiam æterna fama gaudentium Philosophorum, Platonis<sup>c</sup> scilicet & <sup>d</sup> Pythagoræ, Democriti, Ciceronis & maxime Joannis Merceri qui ætate prope acta Arabicarum literarum incredibili studio iter in Orientem cogitasse dicitur<sup>e</sup> ceterorumque non minus celebrium virorum incitatum esse & perductum hunc nobilem Virum velim scias, alias externasque invisere regiones & terras atque ita perlustrare ut tandem Dei T. O. M. gratia, salvus incolumisque ad patrios lares ac penates post varios casus & longa difficilli

ma-

<sup>a</sup> Hœzlinus ad Apollon. Rhodii Argon. pag. 39.  
 neb. Adv. Lib. 1. c. 23.  
 Tuscul. Quæst. l. 1v.

<sup>c</sup> Quintil. Lib. 1. cap. 12.  
<sup>e</sup> Colomes, Gall. Orient. p. 52.

<sup>b</sup> Tur-

<sup>d</sup> Cic.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. §

maque itinera redux, illa, quæ auribus à vi-  
 ris eruditis recondita hausisset avidissimis, ocu-  
 lis curiosissimis vidisset mirabilia, in civium  
 subditorumque suorum quibus sit aliquando  
 præfutura, commodum depromere posset, &  
 in proprium oblectamentum intra privatos  
 parietes repetere. Addebat insuper Eum, *no-  
 va quæque curiosa desiderii cupiditate sectari eaque  
 intelligere avide studere* quin imo tanta duci cu-  
 riositate ut nihil plane, etiam ne minimum  
 quidem, modo aut prece aut pretio liceat,  
 velit imperscrutatum dimittere: scire illum  
 innumerabiles fere apud antiquos regiones,  
 civitates ob vilissimas licet quibusdam ita ha-  
 bitas res, maximo non solum in honore  
 fuisse, & longe celebratas, verum etiam cum  
 molestia & labore aditas, quas multo nu-  
 mero congestit omni laude major V. C. E-  
 zechiel Spanhemius in libro de Ufu & Præ-  
 stantia Numismatum, quo, ne alios recen-  
 seam scriptores optimos, imprimis adeo no-  
 ster delectatur Princeps, ut legendo satiari  
 nullus queat, imo ut aliquid rarius dicam, præ-  
 fertim in ejusmodi generis hominibus, ad ex-  
 emplum Alexandri Magni<sup>b</sup>, Chrysostomi<sup>c</sup>, ac  
 Platonis<sup>d</sup> quorum primus Homerum, alter

A 3

Ari-

a Firm. Astron. VIII. c. 6.      b Dupont. Epistol. Dedicat.  
 Gnomol. Homer. M. Anton. Majoragius Præfat. 1. in Hom. Iliad.  
 pag. 571.      c Neander in Catalog. Auctor. Gnomolog. pag. 7.  
 d Quintil. l. 2. cap. x.

Aristophanis comoedias adeo diligenter contriverunt ut dormituri pro pulvillo uterentur, postremus vero Sophronis mimorum scriptoris libros moriens capiti suppositos habuerit, de nocte pulvinari quoque subiciat, nihil æque annitens, ac ad vivum ita exprimere Imperatorem Philopœmonem, quem nobis graphice describit Plutarchus, <sup>a</sup> ut alter Philopœmenes dici quam dignissime mereatur. Sic Thespias vel <sup>b</sup> *unam propter Cupidinis signum visi, nam alia visendi causa nulla est*, apud Ciceronem legit, qui eadem oratione docet Syracusas quoque ob unam potissimum picturam prænobilem pugnam regis Agathoclis continentem adiri. Sic enim Cicero <sup>c</sup> *Pugna erat equestris Agathoclis regis in tabulis picta præclare; his autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur, nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracusis quod magis visendum putaretur* quid? fileam ex Auberti Miræi <sup>d</sup> prædicto Eum Isnacum ob clar. *Lipsti*, Harlemum ob laudatissimi *Costeri* domicilia, etiam si alia, quæ tamen multa sunt, non essent visenda, excursurum. Quapropter non mirum mihi debere videri, si breviorum & mancam quodammodo urbis Gaudanæ cognitionem é Guicciardino, Theatro urbium, similibusque aliis scriptoribus adeptus, ipsum cupido ingens incesserit, celebrem

a Virar. Comparatar. Tom. II. pag. 655. ed H. Steph. in 8.

b Act. in Verrem. IV. c. 3. & 60.

c Act. in Verr. IV. cap. 55.

d Elog. Belg. pag. 132.

brem hanc urbem, in primisque templum quod Dianam Ephesinam, non cultu sed structura posset quadantenus dici æmulari, paulo propius perspiciendi, in quo extra omnem dubitationem occurrunt sibi monumenta virorum omni honorum genere quondam florentium, arbitratur. Quis enim, qui historias aut res gestas à prima Libertatis Batavicæ, ut ita dicam fundatione, ad hæc nostra usque tempora a fidelissimis scriptoribus diligenter per textas cursorio duntaxat oculo percurrit, non observat quam strenui olim Gaudani antiquæ ac communis libertatis (quæ singulis reipublicæ amantissimis civibus, quanto magis Tutoribus, Patribusque, non opibus modo sed vita magis chara esse debet, non enim idonei civis aliquid habent antiquius salute communi autore Varrone) existere vindices atque propugnatores. Igitur ut olim Romam *Tityro*, dicebam apud Virgilium sic te libertas tanta fuit Gaudani tibi causa videndi. Imo ait, isthæc & aliæ plures. Quis non, pergebat, quem maxima delectant prælia Tropæaque, adcurrit visurus tumultum bellicosissimi Hanii quem semper credidisse, immortalitatem esse pro Republica mori; cum fama etiam viventium consenescat. nullus nisi malevolus potest negare, ut sileam vander Zanios pluresque alios

a Hoofd Nederlands Histor. lib. xx. A. 1585. b Calp. Flacc. Declam. E. Vide & Cicero. pro Plancio cap. 37. Nonius V. Antiquus.

qui ex vestra urbe oriundi depressam & prope modum devictam patriam mortibus suis. Quinti Curtii aut Menœcei exemplo, quasi redemerunt, unde justissime olim (A. 1569.) quum fictis nominibus urbes literarum commercium exercere cogentur, <sup>b</sup> *Gauda vestra MARS fuit appellitata, quod nomen vel hoc ipso die mereri audio lætissimus. Quare si verum olim dixit Aristides* <sup>c</sup> *maximum civitatis aut reipublicæ commodum in proventu bonorum virorum consistere, non ultimum sane Gauda vestra occupabit locum; atque, si Persarum more, qui paulo celebrioribus civitatibus imponunt cognomina seu epitheta,* <sup>d</sup> *velis imponere etiam cognomen aliquod optime, uti CACHAN domicilium fidelium, Gaudam domicilium sociorum navalium, seu a celebri caseorum emporio* *Τυροπωλειον* *dixeris. De Cornelio ac Frederico Houtmannis germanis fratribus, inter primos Orientalem Indiam sequentibus egregia sane expectat, quibus meritis hoc Horatianum occineris*

*Illis robur & æs triplex*

*Circa pectus erat, qui fragilem truci*

*Commisit pelago ratem*

*Primus, nec timuit præcipitem Africum*

*Decertantem Aquilombus*

*Nec tristes Hyadas, nec rabie[m] Nati:*

Quo

<sup>a</sup> Hygin. Fab. 67. & 68. <sup>b</sup> Hor. Nederl. Histox. LV. pag. 310.

<sup>c</sup> Orat. Platonic. secund. pro quatuor vir. pag. m. 462.

<sup>d</sup> Chardin. Voyzge en Perle pag. 273. <sup>e</sup> Lib I Od. III. v. 5.



*Quo non arripit Adriæ**Major, tollere seu ponere vult freta.*

Plura sunt, eaque quidem relatu dignissima, inter quæ primum locum occupat emporium illud tam celebre caseorum nulli cedentium, quæ non degeneres plane ad vos allidere possunt omnium artificum siue extraneorum siue indigenarum animos quæ omnia, ne tua abutar patientia, altissimo præteribo silentio, hoc unum tantum, quod è re esse mecum, spero, credideris, subjuncturus Nobilissimum ac Clementissimum nostrum Dominum secum attulisse hunc, (qui alter erat comes) si quid foret delineatione dignum, quæ permulta & dignissima facile nobis persuademus, quem vides Apellæ artis cultorem diligentissimum, qui ante aliquot annos fratrem tuum ejusdem artis excolendæ gratia Germaniam nostram peragrantem se videri non tantum, sed etiam locutum esse mihi aliquando exposuit, quod ideo magis tua venia subiici, quod auguramur optamulque multum contributurum a tui nobis hospitibus dandum, quod unice petimus, velle scilicet te nobis ducem præbere ac, ut Ciceronis utar vocabulo, *Mythagogum*, quomodo apud Siculos vocabantur *qui hospites ad ea quæ visenda erant ducere solebant & unum quodque ostendere*, quæ cum dixisset & a me, quæ recipiendis ejusmodi hominibus

A 5

sunt,

sunt, pro temporis ratione forent præstita, affurreximus abitum ad templum parantes.

Domum itaque egressi, statim, quis hic, inquit, Illustr. Comes limpidissimus aquarum, arboribus amœnissime ita vestitus, multarum ut video magnarumque navium patiens, rivus est, *Gouwa* nonne? a quo urbs, cujus, quod valde mirandum, nominis originem ignorari plurimi fatentur<sup>a</sup> scriptores, nomen ducit. Sic etiam mihi, Ill. Comes, respondeo utrumque videtur, primo mirum quod ipsi Amplissimi Consules in additamento<sup>b</sup> quod ex archivis legas subministrato typographo id se ignorare fateantur; secundo nomen a fluvio vel potius aggere, veluti id ex multis West-Frisiæ aquulis & viis seu aggeribus *Gouwe* denominatis satis superque probari potest, duci, quamquam à *Thuringis* hoc commode, nempe *der Gouw* quasi *Thuringer Gouw*, derivari posse, innuere videtur Batavorum Jurisperitorum doctissimus, & doctissimorum vere, in jure imprimis Romano, juris peritissimus *Simon van Leeuwen*,<sup>c</sup> Antiquitatum Batavicarum, si quisquam alius *ruspator* sagacissimus; quod vix eram effatus quin pergat Ill. Comes, En splendidissimum, eo enim ob viæ uti nostri brevitatem, deveneramus, totius Belgicæ ædificium,

<sup>a</sup> Jun. Histor. Batav. pag. 275.

<sup>b</sup> Pag. 114.

<sup>c</sup> Bata-

vix. Illustrat. pag. 113.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. II  
cium dignum re vera templum, si non argento,  
ut quondam<sup>a</sup> Ephesinum, exprimat, dignif-  
simum tamen quod æri solido ac perenni quam  
exactissime incisum aut potius excusum cui-  
vis artifice, ceterisque bonarum artium cul-  
toribus & incolis, civibusque maxime Gauda-  
nis exhibeatur in domibus etiam spectandum.

Jam, pictorem alloquens, dicebat, habes in  
quo te exerceas, quod respicias sedulo, per-  
pendas diligenter, enotes accurate, & in com-  
modum tuum, eruditorum instar, excerpas  
permultum, nos mox sequentes<sup>b</sup>

*Hanc ex diverso sedem veniemus in unam*

& sese convertens, quid vult, ex me requi-  
rit, ista sibi supra januam muro, seu colu-  
mnis, quales statim binas de longinquo, alteram  
in septentrionali alteram in meridionali ædis  
regione expansas columnisque affixas conspexi  
tabellas, quod in vestra Batavia in alterius etiam  
religionis plus semel observavi sacris ædibus ta-  
bula & insimul heus Domine, dicebat suo ma-  
gistro versiculo suavissimi Poëtæ, mirum enim  
in modum delectabatur, id, quod vellet, dum  
modo posset, veterum scriptorum, in quo non  
mediocriter erat versatus, verbis, præcipue au-  
tem versiculis, exprimere,

—<sup>b</sup> *fer propius tua lumina: tu potes alto*

Cor-

<sup>a</sup> Act. xix. 24.  
Eclog. I. v. 24, 31.

<sup>b</sup> Virgil. Æn. II. v. 716.

<sup>c</sup> Calpurn.

*Cortice descriptos citius percurrere versus.*

*Nam tibi longa satis pater internodia largus*

*Procerumque dedit mater non invida corpus.*

——— *rumpo moras oculoque sequaci*

*Quam primum nobis divinum perlege carmen.*

Sunt illæ, respondeo, Ill. Comes quas eminus vidisti, capita symboli Apostolici, orationemque Dominicam continentes tabellæ, hæc vero, in quam primum coniecisti oculos, tabula, refert præcepta divina seu legem mavis vocare Moyfaicam, quam circa, dummodo Ill. Comiti non molesta fuerit diffusior, & ad meliorem intelligentiam paulo altius repetita explicatio, nec non lenior interim, dum pictor spectandis vitris oblectet animum, obambulatio, hanc habeo vobiscum communicandam, nescio an nobilissimis vestris auribus & patientia dignam quidem, nuper natam mihi observatiunculam. Templum Salomonis, ædificium profecto, quod nescio an in æternum quidem sit habiturum, licet tot volumina in cælum evehant septem orbis miracula, par, adeo eleganter, affabrè, nitide, accurate, & verbis descriptum, & æneis figuris expressum est a cognato meo Guiljelmo Coeree, ut non modo imperitissimi, ac omnium artium plane rudes, verum etiam doctissimi in quavis facultate ac disciplina viri, Theologi etiam solidissimi, quin & ipsi peritissimi artifi-

ces,

a Voorbereidicel der Bybelsch. Wijsheyd XI. Boek.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 13  
cēs, architecti scilicet & fabri, qui potissimum de eo iudicium ferre queant acutissimum, uno ore pronuntient, hactenus non modo non a quoquam illud tam accurate esse expositum, sed vix quidpiam, si quid ipsi saltem iudicare valeant, ad illius perfectionem adijci posse, quoniam singula eaque minima ex regulis artis ac ad normam exactissime exstructa, exposita & delineata sunt, lubentissime confiteantur. Hic sc. Goereus, nihil in toto hoc & tam illustri ædificio conferendum putat aut comparandum cum columnis quas non tantum templi, sed omnium postea conficiendarum structurarum tanquam normam, & unicam consummatissimam constituit regulam; nec sine ratione, quæ enim sapientissimus omnium prædecessorum & insequutorum hominum, ædificaturus sapientissimum Dei<sup>b</sup>, Ejusque quidem jussu ac mandato, templum, poterat non eligere sapientissimum quorumvis artificum aut operariorum artificem ex voto qui conficeret ea quæ ad amplificandam Dei magnificentiam, splendorem, & ut ita dicam, majestatem requirebantur. Quis negarit Deum ipsum<sup>c</sup> Hiram, qui peritus adeo & sciens & egregius dicitur operarius, facturus quum esset omnia quæ ad tam magnificentem, regium, nobilissimumque ædificium exigebantur,

a Loco supra citato.

b 1 Reg. III. 12.

c 1 Reg. VII. 14.

bantur, summa sapientia imbuisse: imprimis si in memoriam revocemus a Bezaliele & Aholiab, a Deo tanta sapientia, ingenio, prudentia fuisse donatos afflatosque, ubi vasa, instrumenta imo ipsum Dei tabernaculum essent confecturi cujus apparatus ac splendor minime cum hoc Salomonis templo comparari possit, quod nec poterat quoque nec debebat: primum quod debebat circumferri adhuc tabernaculum, quod, si vastum adeo aut firmum fixumque fuisset ædificium, neutiquam potuisset loco dimoveri. Secundò quia non poterat hoc templum nisi tempore pacati orbis, & a<sup>b</sup> Rege clementissimo summaque pace fruente, ædificari, quod aperte hisce verbis agnoscit David. <sup>c</sup> *dixitque David ad Selomob filium; Fuit in corde meo, ut ædificarem domum nomini Domini Dei mei. Et fuit ad me verbum Domini, dicendo. Sanguinem in multitudine effudisti, & bella magna fecisti. Non ædificabis domum nomini meo, quia sanguinem multum effudisti in terram coram me. Ecce filius natus tibi, ipse erit vir quietus & requiescere faciam eum ab omnibus inimicis suis in circuitu, quia Selomob erit nomen ejus, & pacem, & quietem, dabo super Israël in diebus ejus. Ipse ædificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni ejus super Israël usque in sæculum.*

Non-

a Exod. xxxi. 23. xxxv. 30.

b 1 Reg. v. 3, 4.

c Chro-

nic. vii. 7, 9. & xxviii. 3.

Nondum inter doctos exagitata hæctenus di-  
 remta lis est istæne columnæ fuerint positæ in  
 atrio, an vero suppositæ tectæ, idque extra  
 templum an vero intra; sed quocumque fuerit  
 modo nobis ad nostram observationem perin-  
 de est, quamquam varias ob rationes a vero non  
 longe abesse videntur qui eas in atrio ponant,  
 tanquam monumenta atque ornamenta e-  
 gregia cuius spectatori ac fabricatori ut norma  
 proposita; tales hodie in nonnullis Italiæ civita-  
 tibus conspici referunt oculati testes scripto-  
 resque innumeri: olim autem & hoc moris  
 fuisse ejusmodi erigere columnas aperte satis  
 docemur a Moyse qui juxta Domini altare  
 XII. columnas in memoriam initi fœderis e-  
 rigi jussit: nec alias fuisse *magnos lapides*, quos  
 postquam Jordanem transissent, ex Moyse  
 præcepto, duodenas collocavit Josua, facile no-  
 bis persuademus, quibus lex divina inscribebatur  
 ut

a. Exod. xxiv. 4.

b Deut. xxvii. 2, 3.

Jos. iv. 3, 9.

Sic Imperatorum Romanorum edicta, leges, scita, colu-  
 mnis e vario marmore constructis, incisa fuisse probat inscri-  
 ptio in ingressu patriæ delentiæ inventa ab Alexandro Geraldino  
 Patrio Amerino, autore Boldonio,

IMP. NERO. CL. CÆSAR. AUG. GERMANICUS.  
 PONT. MAX. TRIB. POT. V. IMP. IV. P. P.  
 PVBLICO. EDICTO. IN. EXITV. MAVRITANIAE. NVMI-  
 DIAE. PROVINCIAE. CARTHAGINENSIS. IN. AEGYPTVM.  
 VSQVE. EMISSO. CADVCEATORE. ET. PRAECONE. MAN-  
 DATVM. NOSTRV. EXEQVENTE. IN. MARMOREIS.  
 POSTEA. COLVMNIS. VBIQVE. SCVLPTO. EDICTO. IM-  
 PERO. ET. VOLO, &c.

ut peregrinus ac <sup>a</sup> *viator* eam posset legere, quod ut eo fieret commodius, mandat ut <sup>b</sup> *verba bene exprimerentur*. Quibus rite perpenſis, non *ἀσπίλον* nobis videtur si, licet nullā in sacris literis fiat mentio, ad exemplum modo memoratorum lapidum, hisce in columnis vel insculptam, vel tabulis inscriptam iis affixam fuisse legem divinam arbitremur, ut quemcunque adeuntem templum vix dum oculos erigentem moneret officia, doceretque etiam barbaros aut advenas Dei Israëlis voluntatem. Quid? quis male nos coniecisse putarit, quum videas non in tabernaculo solo verum in singularium domorum januis postibusque legem suam inscribi? Deum ipsum imperasse ceu transeuntes aut intrantes exeuntesque ipso aspectu recordarentur legum divinarum, quas digito demonstrantem inducit sapientiam Salomon, <sup>c</sup> *Nonne inquitens sapientia clamat & intelligentia dat vocem suam: in summitate locorum excelſorum, supra viam in loco semitarum stat. In loco portarum, in ostio civitatis, in ingressu ostiorum clamat. & vs. 34. Audite eruditionem & sapientes eritis, & ne postponatis eam: beatus homo qui obtemperat mihi perseverando juxta fores meas quotidie custodiendo postes ostiorum meorum, id est, custodiendo leges postibus meorum ostiorum inscriptas. De quibus tamen in transcurso hoc vobis diligentius expen-*

a Habakuk. 1. 20.

b Deut. xxvii. 9.

c Deut. vi. 9. &

d Proverb. vii. 1, 2, 3.



expendendum relinquo an non sanguine Paschalis agni ideo a oblitæ fuere Israëlitarum postes, ut eo extinguendæ quasi viderentur promulgendæ illæ leges, quas olim Jesus Christus, designatus verus ille Paschalis agnus, sanguine suo esset deleturus, atque abolito vetere, novum fœdus suppositurus, quo collimasse dici posset infallibilis ille divinus Interpres Paulus cum ait. <sup>b</sup> *si prius fœdus fuisset inculpabile, non fuisse relictum locum secundo.* Ad leges vero respiciens, ait, Deum dixisse, se leges, non uti antea lapidi aut æri, aut ligno, aut postibus, aut tabulis sed <sup>c</sup> *ingenio & cordibus insculpturum*, unde verissime constare arbitror justissime dixisse Christum, ipsius jugum esse leve & onus non grave, (Matth. xi. 30.) quatenus scilicet omnes abrogavit ceremonias, unumque novum reliquit dumtaxat mandatum, discipulis quod esset *κατ'ήθειον*, amorem nempe quo se invicem essent complexuri, quod & Paulus innuit, Gal. v. 14. *uno vocabulo, inquit, impletur lex, utpote in hoc, diliges proximum tuum tamquam Te ipsum.* ad Roman XIII. 8. *qui proximum dilexit, implevit legem.* Legum autem illarum, quæ ritus spectabant, abolitionem satis superque demonstrare mihi posse videor ex verbis Pauli ad Ephesios II, 15. dicentis Christum *legem mandatorum in decretis sitam abrogasse* uti & ad

B

Colos-

a Exod. xii. 22.  
vii. 10.

b Ep. ad Hebr. vi. 11. 7 & 10.

c Hebr.

Colossenses c. II. v. 14. *deleto quod adversus nos erat rituum Chirographo, quod erat contrarium nobis* (NB.) *per decreta, quæ vetustatem literæ vocat* (Rom. VII. 6.) nec sine ratione, dicitur enim Christus *τίλθαι γὰρ νόμους* Rom. x. 4. id est, legis ceremoniarum, quam prorsus abrogavit, adeo ut νόμος *ἔκρινε* Rom. VIII. 2. vim suam possit exercere. Si autem, quod nonnulli admittunt, postes altiores, præcipue in majoribus ædificiis, etiam columnas, & templum Salomonis perfectum opus illud esse, cujus σχῆμα duntaxat tabernaculum exhibuerat, dixeris, quis, amabo, non verisimile ducet divinam legem columnis istis fuisse inscriptam appensamve. His accedit perquam probabile videri nomina *Jachin & Booz*, illis, sicuti forte & aliis lapidibus hic illic a Patriarchis erectis, fuisse inscripta; quomodo enim alias eorum nomina, quandoquidem sæpe in locis solitariis constituebantur, unicuique innotuissent. Sed, veniã vestrã, quia ad rem aliquid luminis conferre autumem, de ratione verbum adjiciam denominationis. Recte itaque a Salomone dextra fuit dicta *Jachin* quod transfertur *firmitas*. I. Vel quod Deus <sup>b</sup> *populo suo posuerat locum, & planta-verat eum, ut habitaret in loco suo & non moveretur amplius*. II. Vel quatenus Deus implevit promissionem, I Reg. VI. 12. & firmavit (quod David ei prædixerat. I Reg.

a Genes. xxxi. xxxv.

b 2 Sam. vii. 10.

Reg. II. 4.) uti ipse agnoscit Salomon. <sup>a</sup> Firmavitque Dominus verbum suum quod locutus est.

III. Vel quod regnum Salomonis stabiliret confirmaretque, uti ipse dicit. <sup>b</sup> Firmabo solium regni eius usque in seculum: & Firma erit domus tua, & regnum tuum usque in seculum coram te, Thronus tuus erit firmus usque in seculum. IV. Vel

quod Christus tanquam fulcrum aut primaria columna, cui inniteretur ejus domus, præfigurata, firmitatem esset allaturus: forsan huc respexit Paulus quum ita scribat Timotheo:

<sup>c</sup> Ἐὰν ἡ βεβηώσῃ, ἵνα εἰδῆς πῶς θεὸς ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεται, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, σύλλογος ἡ ἐδραίωνμα τῆς ἀληθείας, id est, si autem tardaveris, ut scias quomodo oporteat te in Domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & fir-

mamentum veritatis. Quinimo Apostoli, Jacobus & Cephas & Joannes σύλλογοι seu columnæ vocati sunt; quod quæ ad columnas Salomonis refert <sup>c</sup> Angelomus, Monachus Lexoviensis, qui floruit sub Ludovico & Lothario ejus filio, Anno Christi DCCCXXX. inque libros Regum opus scripsit excellentissimum, quale se in scripturis sanctis alias non legisse, cum Trithemio ingenue fatetur Stephanus Joannes Stephanius in notis uberioribus in præfationem Saxonis Grammatici pag. 24. Bibliothecam ingressi

B 2

inve-

<sup>a</sup> 1 Reg. II. 12. & VIII. 20.

<sup>b</sup> 2 Sam. VII. 13, 16. <sup>c</sup> 1 Ti-

moth. III. 15.

<sup>d</sup> Stromat. in Lib. III. Reg. cap. VII. pag.

375, & 376. Tom. XV. Maxim. Biblioth. Patrum.

23 investigabimus. Ego hic subjicio Et *fraxil*  
 23 *duas columnas aëreas XVIII. cubitorum altitudinis co-*  
 23 *lumnarum utramque.* Hæ sunt columnæ de quibus  
 23 Paulus <sup>a</sup> ait, Jacobus & Cephas & Joannes (qui  
 23 *videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi &*  
 23 *Barnabæ societatis: ut nos ingentes, illi autem in*  
 23 *circumcisionem.*) quibus verbis quasi exponere  
 23 videtur mysterium columnarum materia-  
 23 lium, & quid videlicet figuraverunt, & quæ  
 23 duæ sint factæ, Apostolos namque, & doctor-  
 23 res cunctos spirituales significant, fortes nimirum  
 23 fide atque opere, & contemplatione ad  
 23 superna erectos. Duæ sunt autem, ut & gen-  
 23 tes & circumcisionem prædicando in Eccle-  
 23 siam introducant. Stabant in porticu ante for-  
 23 res templi, & ingressum illius suo decore at-  
 23 pulchritudine, ex utraque parte mirabilitet  
 23 ornabant. Ostium autem templi, Dominus  
 23 est, quia nemo venit ad patrem nisi per ipsum.  
 23 Et sicut alibi dicitur. *Ego sum ostium per me si-*  
 23 *quis introierit, salvabitur.* Cui videlicet ostio  
 23 columnæ ab utroque latere coram positæ  
 23 circumstant, cum ministri sermonis, utri-  
 23 que populo introitum regni cœlestis osten-  
 23 dunt, ut sive a luce scientiæ legalis quisque  
 23 sive ex rigore gentilitatis ad fidem Euangelii  
 23 venerit, habent paratos eos qui sibi iter salu-  
 23 tis & verbo demonstrant & exemplo: vel  
 certe

certe quia de eisdem columnis in libro Paralipomenon ita scriptum est: *Ipsas, columnas quoque posuit in vestibulo templi, unam a dextris, & alteram à sinistris.* Ideo sunt duæ factæ columnæ, atque ita dispositæ, ut nobis & in prosperis, & in adversis, ingressum patriæ cœlestis ante oculos mentis habendum esse doceant, &c. paulo post.

[*Et statuit duas columnas in porticu templi. Cumque statuisset columnam dexteram vocavit eam nomine Joachim*] quæ interpretatur [*firmitas. Similiter erexit columnam secundam & vocavit nomen ejus Booz.*] hoc est, *robore.* Dexteræ columna (ut supra diximus) illorum exprimit figuram doctorum, qui primitivam in Jeresolyma instituerunt Ecclesiam. Secunda eorum qui ad prædicandum gentibus destinati sunt. Vel certe dextra eos significat qui venturum in carne dominum prophetando prædixerant. Secunda illos qui tunc jam venisse, & mundum suo sanguine redemisse testantur. Et aptæ simili vocabulo ambæ censebantur columnæ cum una, firmitas; altera in robore, dicta est: ut una fidei & operis fortitudo cunctis inesse doctoribus monstraretur, nostrique temporis inertia notaretur: ubi se, nonnulli doctores, Sacerdotes, & columnas domus Dei videri, atque appellari volunt: cum nihil in se prorsus firmæ fidei & ad contemnendas seculi pompas,

ac desideranda bona invisibilia, nihil habeant  
 roboris, ad corrigendos nihil industriæ fal-  
 tem ad intelligendos, eorum quibus prælati  
 sunt, errores. Sic Jonas Scotus; *ut sunt columnæ*  
*Ecclesiarum Hilarius, Ambrosius, Augustinus*, ita ho-  
 die adhuc Æthiopes seu mavis Habessini *Marcum*  
*Apostolum, & Cyrillum*, Ecclesiæ Alexandri-  
 næ columnas solent appellare. *Job. Ludolf. Histor.*  
*L. III. c. XII. §. 51.* Longe tamen apertius ut-  
 rumque confirmat Christus inquitens <sup>b</sup> Ονικων,  
 ποιησω αυτον στυλον εν τῷ ναῶ ἔθεσ μου, καὶ ἐξω εἰ μὴ  
 ἐξέλθῃ ἐπὶ καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα ἔθεσ μου, καὶ  
 τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἔθεσ μου τῆς καινῆς Ἱερουσαλήμ, ἢ  
 καταβαίνῃ ἐκ ἔριθιν ἁπὸ ἔθεσ μου, καὶ τὸ ὄνομά μου  
 τὸ καινόν. id est, *qui vicerit, faciam illum columnam*  
*in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius:*  
*& scribam super eum nomen Dei mei, & nomen civi-*  
*tatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de Cælo*  
*a Deo meo, & nomen meum novum.* Hinc jam luce  
 meridiana clarius patet columnis etiam, quod  
 demonstrandum assumpseramus, nomina fuisse  
 inscripta. At, ut ad columnam Jachin redeam,  
 si cum iis potius facitis, quibus vertitur *præpa-*  
*ratio vel præparans*, dici potest indicasse hanc do-  
 mum fuisse perinde ac præparationem insequu-  
 turæ æternæ ædis sive religionis, vel, homi-  
 nes sese debere præparare priusquam ad Deum  
 accederent oraturi. Quæ a sinistra erat con-  
 stituta

a Barth. Advers. lib. LVI. 12.

b Apocalypf. III. 12.

stituta Booz<sup>a</sup> dicta id est, in fortitudine vel in robore, pereleganter referri potest ad fortitudinem Dei qua usus est in abolendis excidendisque ejus inimicis, vel, quod Deus dicitur fortis & Deus exercituum, vel, respectu propriæ personæ quo esset fortis<sup>b</sup> seu robustus ad faciendum præcepta Dei. Si autem in hirco prætuleris interpretationem non deerunt rationes & conjecturæ haud plane contemnendæ. Quis, ne longius abeam, miratur columnis fuisse inscripta nomina, quum lapidibus, iisque ut ita dicam fundamentalibus Apostolorum nomina incisa enarret idem c Joannes Theologus. Commoda hic jam esset oblata occasio, de duabus columnis quibus ignea ac nubila usus est Deus in ducendis Israëlitis, per

B 4

quas

a 2 Sam. vii. 1.9.

b 2 Chronic. xxviii. 7.

c Apocalypf. xxi.

Columna vero nubis in die, & ignis in nocte, ut dictum est, Vetus & Novum Testamentum figurabat quæ ad patriam euntibus iter ostendunt. Nubes enim in die, visionis pene blandimentum est: ignis vero in nocte, terror aspicientibus. Per nubem ergo in die, novum Testamentum figuratur: in quo non vindicta peccantibus, sed misericordia lenitatis ostensa est. Unde & ipse auctor novi Testamenti cuidam in adulterio deprehensæ dicit: *Nemo te condemnavit?* cui cum diceret, *Nemo Domine:* ait illi, *Nec ego te condemnabo: vade & amplius noli peccare.* Et bene in die apparuit columna nobis, id est, Christo, initium sumfit. Per ignem vero in nocte, qui terror est visionis, recte Vetus Testamentum designatur: in quo peccantibus non venia promittebatur, sed supplicium minabatur. Unde & illic frequentibus inculcatur: si quis hoc vel illud fecerit, morte moriatur, lapidibus obruatur. Et bene in nocte apparuit, quia necdum in mundum Christus advenerat.

quas *Ambrosius Ansbertus*, <sup>a</sup> qui floruit anno a nato Christo 770. Novum & Vetus Testamentum intelligit, uti postea una respiciemus, latius differendi, sed opinamur hæc ad confirmandam opinionem nostram, hinc originem sumpsisse nostrum hodiernum morem tabulas illas in templis columnisque seu januarum postibus affigendi, sufficere. Duo sunt, inquit Pædagogus seu Ephorus, quæ tua de columnis ignis atque nubis, uti & de ædium postibus commemoratio opportune mihi in mentem revocat, primum quam rationem subesse credas, quod servorum aures postibus potius quam alterius ædificiorum parti affixerint; non, aliam quantum ex prædictis auguror, credo, quam quod postibus quasi inscripserint hoc modo sua nomina, nisi malis legibus illis, postibus affixis, subscripserint se in æternum, id est, ad mortis diem lubenter domini præceptis & mandatis aures apertas obsequentesque præbituros. Præter hæc etiam dudum mecum agitatum quæstionem, quapropter Christus Psalmo XL. inducitur parenti regerere, quod ipsi aurem perterebant; quod scio omnes interpretes ad antiquam & communem consuetudinem, qua servi in æternum servituri auribus domorum postibus

<sup>a</sup> In Apocal. lib. vi. Tom. XIII. pag. 538. Maxim. Biblioth. Patrum.      <sup>b</sup> Exod. xxi. 5.



stibus<sup>a</sup> alligabantur, referre; sed malim hoc super more tuam sententiam. Hæc forte videbitur, a jebam, Tibi nimis longe petita, ast mihi equidem in ea ex parte satisfacio, nimirum aures ideo postæ fuisse alligatas, eo ut indicarent perpetuam ipsis esse illarum legum, quæ ostiis postibusve erant inscriptæ, servandam memoriam æque ac obedientiam. Nosti enim aures memoriæ olim consecratas fuisse<sup>b</sup> ut recordarentur eorum quæ audierant. Item Minervæ ut scilicet indicarent sapientiam auribus esse percipiendam; veluti id etiam docet sapientia ipsa apud Salomonem cum totiens filium, ut aures arrigat, legatur adhortari. quid, ipsa fides a Paulo<sup>c</sup> ex auditu dicitur enasci. Imo, dicebat Ill. Comes, ipse sacerdos Aaron sanguine debebat dextræ auris pelliculam attingere, in signum obedientiæ; unde & teste Ripa<sup>d</sup> ipsi pictores obedientiam aure soleant exprimere. ita est annuebat ephorus, sed possis, si malis, dicere hoc factum, ut indicarent sese illarum legum recordari; hinc enim puto moris fuisse apud antiquos ut attestaturi aurem attingerent, ita apud nos solent subscribere *ten oirkonde geteekent*, annuere quasi volentes se aut illa auribus accepisse, aut illorum bene reminisci. Quid autem antiquos Christianos moverit aures baptizan-

B 5

dorum

<sup>a</sup> Exod. xxi. 6. Vi de Claudii Paradisi Symbola Heroica. pag. 146. <sup>b</sup> Serv. ad Virg. Ecl. vi. 4. <sup>c</sup> Reines. Inscript. pag. 10. <sup>d</sup> Iconolog. pag. 143. <sup>e</sup> Pijn. lib. x. c. 45.

dorum attingere atque post baptismum <sup>a</sup> inungere oleo, non video, nisi hoc significarint aures esse jam, ut ita dicam, sanctificatas, adeoque non rebus profanis verum solum sacris esse commodandas; uti id aperte nos ex Rabbiniis docet Joannes Otho, <sup>b</sup> aurem, inquit, esse duram, auriculam vero mollem, ut scilicet homo audiens inhonesta, ea occluderet aurem. quæ sane opinio perquam mihi apparet ridenda & vana, nisi statuas homines universos mobiles habere aures cujusmodi clariss. Muretus <sup>c</sup> fertur possedisse. Plura exempla dabit Augustinus, <sup>d</sup> & ad Hollerium Duretus. <sup>e</sup> Sed ad quæ sita tua. Alterum quod succurrit locus est Clementis Alexandrini, <sup>f</sup> quo antecedentia tua confirmat & simul docet antiquos columnas pro statuis coluisse: en quæ olim excerpti ejus ipsa verba, a Gentiano Herveto in Latinum transfusa. „Quin etiam Thrasymbulo, qui exules „ex Phyla reducebat & latere volebat, dux fit „columna; & Thrasymbulo noctu per loca non „trita ingredienti, cum nec luceret Luna hi- „bernumque cœlum esset & caliginosum vide- „batur ignis præcedens, qui cum eos citra ul- „lam deduxisset offensionem, defecit ubi nunc „est,

a Calixt. de Baptismo. §. XVIII. & XX.    b Lexic. Rabb. Philolog. p. 61.    c Colomes. *Kespe*. lier. c. 19.    d De Civ. Dei XIV. 14.    e L. 2. c. 22.    f Stromat. Lib. 1. pag. 43. ed. Florent.

est ara τὸ Φωσφόρος, id est, Luciferæ. Vel  
 ex hoc ergo evadant nostra Græcis credibilia  
 nempe quod facere potest Deus Omnipotens  
 ut columna ignis Hebræos noctu præcedat,  
 quæ etiam dux sit eorum itineris. Porro au-  
 tem dicitur etiam in quodam responso

*Exhilarans Bacchus Thebanis estque columna.*

Ex ea quæ est apud Hebræos historia. Quin-  
 etiam Euripides dicit in Antiopa

*Intus Bubulcum astit in thalamis.*

*Hedera comantem columnam Euii Dei,*

significat autem columna, Dei non posse  
 effingi imaginem. Illuminata autem colu-  
 mna, præter hoc quod significat non posse  
 effingi imaginem, Dei quoque stabilitatem  
 significat ac firmitatem, & immutabilem e-  
 jus lucem quæque non potest figurari. Prius  
 itaque quam accurate perfectèque teneren-  
 tur imaginum habitus, veteres columnas  
 erigentes, eas colebant tanquam a statuas.

At-

a Usquedum Dædalus primus artem illam demonstravit teste  
 Joanne Izeiza Histor. Chil. i. Histor. XIX. §. 537.

Τὸ ἀνδράντας πρῶτον πρὸ χρότων τὸ Δαίδαλος

Ἐδημιούργηκεν ἀχειρας, ποδῶν, ἰορμύδας.

Πρῶτον δὲ ὁ Δαίδαλος αὐτὸν διείλε χειρῶν, ποδῶν,

ἰορμύδας δημιουργῶσαι, ἢ βλάψασα, ἢ τὰ ἄλλα.

Id est,

Statuas prius antea empera Dædali

Fabricabant sine manibus, sine pedibus, sine oculis.

Primus Dædalus divisit manus & pedes,

Digitosque aptavit, & palpebras, & alia:

Apollodorus Bibliothec. Lib. I. c. XIV. §. 8. ἔτα (Δαίδαλος)

ὡς ἀρχαίων ἀχειρῶν, ἢ ποδῶν ἢ ἰορμύδαων δημιουργῶσαι.

„ Atque idcirco sic scribit qui fecit Phoroni-  
dem.

„ Callithoë clavem reginæ gestat Olympi,

„ Argivæ Junonis, sertis atque corollis

„ Reginæ primum est à qua exornata columna

„ Quinetiam qui fecit Europiam, significat  
„ eam quæ est in Delphis Apollinis imaginem,  
„ esse columnam, per hæc.

„ Ut decimamque Deo primo fructusque dicemus

„ Sedibus ex sacro sanctis celsaque columna.

Et jam, si velis, subjungit, exorsam pergito  
pertexere telam. Nihil tempestivius, ajebam  
vir doctissime poterat profecto a te adduci, quo  
viam parasti exponendi quem ad modum ve-  
teres Græci, Latinique, Hebræorum habeantur  
expressisse semper mores ritusque tam sa-  
cros quam profanos. A legibus, quia is nobis  
maxime fuit & scopus & sermo, si velitis, inci-  
piam: quis evidentior testis Athenæo? *Ἐν  
Κνωσάργῳ μὲν ἔν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ εἴλη τις ἐστίν, ἐν ἣ  
ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδῃς. γεγραμμένον ἔστι Στέφανῳ  
Θουκυδίδῃς. λέγεται τ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς παρασκευῆς  
ἐτους. Ταῦτ' ἡ Ἰππικίνα ἡνέτω ὁ ἱερὸς μετὰ τῆς παρα-  
σίτων. οἱ δὲ παρασίτοι ἕνα τῶν ἐκ τῶν νόθων, καὶ τῶν τέτων  
παίδων κατὰ πάτερα. οὗ δ' αὖν μὴ θέλη παρασιτεῖν ἐί-  
σαγέτω καὶ περὶ τέτων εἰς τὸ δικαστήριον.* id est, Ita-  
que in Cynosargis Herculeo templo, columnam extare,  
in qua exsculptum est decretum Alcibiadis, scriba Ste-  
phanus

phano Thucydidis filio, in quo de hac nuncupatione ita promulgatum est: Quot mensibus cum parasitis sacerdos sacris operator: parasiti unum quempiam ex spuris hominibus, ac eorum liberis, in senatum ducant.

Dionysius Halicarnassensis<sup>b</sup> autor est Sabinos columnas quibus conditiones essent inscriptæ in templis erexisse. Sic idem<sup>c</sup> de Romulo fœdus cum Vejentinis in centum anthos pepigisse, conditionesque in columnas incidisse. Leges autem æreis columnis excisas docet idem *Lib. x. cap. 38.* sæpe etiam non in templo sed in fori<sup>d</sup> loco conspicuo in æreis columnis incisas proponebant. Antequam autem in tabulis æneis describerent in quercinis tabulis descriptas Ancus Martius exhibuit: ita enim de eo mox citatus scriptor<sup>d</sup> *convocatis deinde Pontificibus, sumtos ab eis commentarios quos Numa de sacris conscriptos reliquerat, transcripsit in tabulas, & in foro proposuit legendas quibus libet: quæ tandem vetustate abolitæ sunt. Nondum enim in usu erant columnæ æræ; sed in quernis tabulis incidebantur tam leges, quam sacrorum ritus, nam*

— Fuit hæc sapientia quondam

*Publica privatis secernere, sacra profanis:*

*Concubitu prohibere vago: dare jura maritis:*

*Oppida moliri: leges incidere ligno.*

quem ad locum Vetus Commentator: ante usum

sum

a Antiquitat. Rom. Lib. III. cap. 46.  
56. c Dionys. Halic. lib. x. cap. 66.  
Lib. III. cap. 50.

b Ant. Lib. III. cap.  
d Antiq. Roman.

sum pergameni, ea quæ servanda erant, ligno incidabantur quia æneæ tabulæ nondum erant in usu. Inde adhuc Athenis legum tabulæ Axones vocantur, de quibus Agellius<sup>b</sup> & pluribus eruditissimus Ægidius egit Menagius<sup>c</sup>. Quinimo eburneas & illas tabulas fuisse nos docet Pomponius<sup>d</sup> Postea ne diutius hoc fieret: placuit publica autoritate decem constitui viros, per quos peterent leges a Græciâ civitatibus & civitas fundaretur legibus: quas in tabulas eburneas perscriptas pro Rostris composuerunt; ut possent leges apertius percipi. Nec solum leges & pacta seu fœdera ut vidimus sed etiam carmina inscribebant appendebantque probante hoc exemplo, Rutilio<sup>e</sup> quod qui fieret si scire quis a veat reperiet modum apud Boxhornium.<sup>a</sup> De medicaminibus olim egimus alio loco<sup>b</sup>. Solebant etiam ad columnas *ἠρωδία* ponere Poëtaræ, iis indicantes quo die essent recitaturi<sup>c</sup>. aliquando etiam res amissas, nomen illius qui amississet, & locum ubi habitaret. Plura jam subjiceremus, verum ne patientia vestra abutamur nimium, hinc discedamus, interim hunc dignissimum recitatione<sup>d</sup> Platonis locum de præceptis ethicis ad rusticos agricolasque erudiendos statuis, non vero columnis, inscriptis audieturi.

<sup>a</sup> Lib. 11. cap. 12.      <sup>b</sup> In not. ad Diogen. Laërt. pag. 16, ed. Londinens.      <sup>c</sup> Digestor. lib. 1 Tit. 11. lib. 2. §. 4.      <sup>d</sup> Itinerar. v. 270.      <sup>e</sup> In Elog pag. 3.      <sup>f</sup> Invent. Novantiq. pag. 108.      <sup>g</sup> Comment. Vet. Horat. ad A. P. v. 37.      <sup>h</sup> In Hipparcho Tom. 11. pag. 228.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 31  
turi. Sic Latine dumtaxat recitabo. Postquam  
autem ipsius (Hipparchi filiorum Pisistrati na-  
tu majoris) consilio & industria effectum est, ut  
cives qui in ipsa urbe erant, eruditione & doctrina  
abunde exculti essent, ejusque sapientiam admiraren-  
tur: tum vero composito moliens eos cives qui in agris  
habitarent, ejusdem eruditionis institutis informare,  
in ipsorum gratiam erexit Mercurios (id est lapideas  
statuas) in singulis trivis, in mediæque urbe &  
in singulis etiam populi Atheniensis gentibus. Deinde  
quum ex suæ sapientiæ vi, quam & didicit ipse &  
invenit, exemisset ea quæ sapientissime dicta arbitra-  
batur, ipsa etiam versibus reddidit, & elegis inclu-  
sit & poemata, sapientiæque demonstrationes titulum  
dedit illi scripto suo, ut nimirum cives præclara illa  
Delphici fani elogia desinerent admirari, Nosce Te  
ipsum: & nequid nimis, & alia hujusmodi: sed  
Hipparchi dicta sapientiora ducerent. Deinde, uti  
hæc & illac prætereuntes, & legentes, gustumque sa-  
pientiæ ipsius capientes, ex agris ad cetera doctrinæ  
instituta discenda pergerent. Erant autem duo epi-  
grammata: alterum in sinistra: alterum in dextra  
utriusque statuæ. Sed nihil, inquit Ephorus,  
profers de columna cujusdam Akekeri apud  
Clementem Alexandrinum, qui locus erudi-  
tissimos torsit viros Bochartum ante alios &  
Bigotium. nec ullum verbum facis de colu-  
mnis Sethi, fundamenta religionis & scientia-  
rum continentibus. Scio equidem, respondeo  
ipsi

ipsi, at hæc studio a me silentio præterita scito, nam de iis, quæ possint dici, si congeram, totus profecto hicce dies deficeret: ut itaque brevis sim, de columna Akekeri eruditam certe, uti omnia ejus, explicationem Clarissimi *Le Moyné* vide sis *in notis ad Polycarpum pag. 347.* & de columnis Sethi *pag. 569. Stellingfleet Orig. Sacrar. Lib. 1. c. 2.* & plura quoque apud *Stephan. Joan. Stephanium pag. 15 & 16. Notarum in Saxonem Grammaticum.* De Amazona columna agit clar. Petitus dissertatione de Amazonibus Necesse præterea foret de Polemone, <sup>2</sup> qui *Ἰνδὸν*, eo quod inscriptiones è columnis colligeret, fuit dictus, uti & de aliis mentionem facere, ast, uti vides, non sunt hujus loci aut temporis. Hæc cum exposuissem, singularum fere fenestrarum contentas historias, earumque interpretationes ex me requirere pergebat sedulo. Has Tibi, quum jam pridem paullo diligentius lustraverimus, pluribus exponere cramben bis coctam foret reponere, adeoque, hæc altissimo silentio, venia tua, præteribo. Nullus tamen, quod occasione historiam reginæ Schebæ Salomonis sapientiam atque majestatem admirantis, eleganter exhibentis fenestræ, mihi incidit carmen, notitiæ tuæ subtrahere possum, quod olim in binas, quotquot unquam extitere, regi-



reginas celeberrimas, Sabam atque Christinam, confecit, vir omnium præconio major, Samuel Bochartus, quod pro familiaritate atque notitia, quæ inter nos viget haud vulgaris, libentissime mecum communicavit Vir clarissimus & solidissimus apud nos Theologus, Georgius de Mey discipulus ejus quondam dignissimus. Ego vero tecum tanto propensius quod videam in nuper recusis operibus non ex stare.

*Reginæ celebres longo memorantur in ævo*

*Vix duæ & in mundi partibus oppositis.*

*Una notæ Regina sacris pridem inclytæ libris,*

*Alteræ in Arctoi cardine nata poli.*

*Quas si contuleris, quam sit præstantior orbem*

*Quæ regit arctoum, carmine disce brevi.*

*Illæ docenda suis Salomonem invisit ab oris,*

*Undique ad hanc docti, quo doceantur eunt.*

Recitato hocce carmine, quinam illi, rogabat Ephorus, sunt, quos, <sup>a</sup> quod, uti nec alia instrumenta, in religione sua admittunt Mahumedani, transimus, thesauri. Thesauri, dico; quales nam? non enim capio quid velis? nescis, inquit, antiquos ædiculas, seu, uti nos vocamus, Capellas <sup>b</sup> in templis habuisse in quibus singulæ civitates sua donaria, divites suas penurias <sup>c</sup> collocabant, quas thesauros appellare erant soliti, recentiores vero illas plane alii destina-

C

stina-

<sup>a</sup> Chardin Voyage pag. 225.

<sup>b</sup> Valef. ad Polyb. pag. 77.

<sup>c</sup> Brodæus Miscell. iv. 17.

Itinarunt usui reponendis scilicet cadaveribus. Reminiscor jam, reponebam, te loqui de *favis* seu cellis de quibus *Agellius lib. II. c. 10.*, bene: sed hæc optimatum procerumque nobilium sedes & dormitoria sunt. Quod cum audivisset Ill. Comes, *sedes & dormitoria*, inquit, hoc miror sane ita abs te appellari illa monumenta. Nulla est a Jebam, Tibi, admirationis causa Illustrissime Comes, cum isthac in significatione verbum hoc sæpenumero occurrat in antiquis inscriptionibus, & Sidonius Apollinaris<sup>a</sup> usus est de matrona Philimatia, *perpetuis*, inquit, *SEDI-BUS dormienti similior illata est*, quem locum permultis variorum scriptorum autoritatibus illustrat Savaro. Scis, pergo, qui neutiquam humanioribus in literis es hospes, priscos somnum vel ipsam mortem, <sup>b</sup> aut morti simillimum dixisse. Ita Secundus Philosophus, <sup>c</sup> quum, quid mors esset, rogaretur, respondit *Αἰώνιον ὕπνον* id Horatius<sup>d</sup> *perpetuum soporem* interpretatur, qui & alio loco hanc ob causam haud ineleganter mortem *noctem* appellavit. Idem *ὕπνος κατήρ*. Virgil. *ÆN. VI. 278. Tum consanguineus Lethi sopor.* imo frater mortis Valer. Flacc. *Argon. VIII. 74. Fratrique simillime Letho.* multa apud Gatakerum *Advers. Miscellan. cap. x. pag. 108.* Dicitur & *Ἰναίτος συνέμπερος*, id est, *mortis Comes*<sup>e</sup>. Hoc olim

<sup>a</sup> Lib. II. ep. 3. Ovid. *Metam. x. 32.*

<sup>b</sup> Horat. I. 24.

<sup>c</sup> Fag. 637. *Opusc. Mythol.*

<sup>d</sup> Lib. *ÆVII. 15.* Vid. Job.

*XIV. 12.*

<sup>e</sup> *Fab. pag. 1.*

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 35  
olim credidi voluisse Hyginum<sup>a</sup> cujus locus ab  
oculatissimo, & in hoc studiorum genere perdo-  
cto S. Munckero non est restitutus cum dixerit,  
*ex Nocte & Erebo Fatum, senectus, mors, lethum, con-*  
*tinentia, somnus, somnia, &c.* putat tamen legen-  
dum *contentio*, quæ hac lectione non videntur co-  
hærere, melius certe longe, si legas: *ex nocte*  
*& Erebo fatum, senectus, mors, lethum comitan-*  
*tia, somnus & somnia*, nisi malis, quod non ita  
probo, *continentia*, quomodo & veteres con-  
tinere pro continuare, adjunctum esse quasi,  
sæpissime usurpant, uti Cicero, Livius, Sue-  
ton. in Caligul. cap. x. x. posset etiam legi *con-*  
*cernentia*, verum non putem ita locutum Hy-  
ginum: nec *contentio* quid commune habeat  
cum senectute aut morte video, magnam ta-  
men consanguineitatem, cæu ipse Munckerus  
multis docet in notis eruditissimis. Respexif-  
se dici quoque posset auctor ad senectutem  
quam voluit lethi comitem esse uti Claudia-  
nus ad Ruffin. II. 3. 1. *Letho vicina senectus, sin ad*  
*somnum retraxeris, poëta interpretabitur.*

*Stulte quid est somnus gelida nisi mortis imago.*

Dormitorium autem sepulcrum dici, videtur  
satis aperte indicare Isidorus Hispalensis: *est*  
*enim titulus (epitaphium sc.) mortuorum qui in*  
*dormitorio eorum sit qui jam defuncti sunt; sic uti-*  
*que locum restituo cum legatur in dormitione*

C 2

nullo

nullo prorsus sensu. Sic in Græco Glossario  
*δωμῶν καὶ κοιμητηρίων* & *κοιμητήριον* dormitorium, *κοιμητήρια* et  
 dormitoria legitur, quamquam Plinius pro cu-  
 biculo dormitorium dixerit. Recte, ait Ill. Co-  
 mes, hæc a vobis plenius rimata me valde  
 etiam delectarunt, verum hisce nimium inten-  
 ti occupatique vel ipsos horum dominos, quos  
 proceres modo dixisti, investigare negligere-  
 mus incogitantes turpiter. Hic itaque quem  
 cernis, respondeo, Ill. Comes, Nobilissimi &  
 Amplissimi Viri Æmilii Coolii, thesaurus est,  
 cujus de profapia, honoribus, virtutibus,  
 probitate, summo erga Musas Musarumque  
 cultores studio disseram uberius, cum ea, quæ  
 nobis parantur, publicæ luci exponemus.  
 Quam vero primam vidisti ædiculam Illustris-  
 simi Viri Florentii Cantii est de quo, quan-  
 doquidem ejus Elogia apud alios existent e-  
 gregia, neque illa hic repetere permittit tem-  
 poris brevitatis, hoc solummodo recitabo epi-  
 gramma, quod a Julio ab Aitzema in Eum con-  
 fectum jam olim, cum studiorum prima fun-  
 damenta hic ponerem, memoriæ me mandasse  
 memini, opportune nunc profecto succurrens,

FLORENTI, es patriæ prudens, me judice civis,

Quo bona perpetuum consule pacis erunt:

Nempe tibi veteris Latii concordia curæ est,

Nempe tibi prisce simplicitatis amor.

Libera quo salvos venerata est Roma penates,

*Quo secura suas sensit, & auxit opes.*

*Multa tibi debent fluxis primordia rebus,*

*Multa Tibi optatæ nobile pacis opus.*

*Hoc tua Tellus ait, vel erunt hæc verba nepotum.*

*Dicier id vere est, & patriæ esse patrem.*

Hæc inter nos agitantes & multum de Ill. H. Beverningii gestis memorantes paullo ulterius progressi, cum, inquit Ephorus, ibi legam *Librye*, reposita proculdubio erit hic loci Bibliotheca publica; quam ascendamus visuri quale isthoc sit urbis vestræ ornamentum haud inane aut leve, longe uti spero melioratum atque restitutum quam Cl. Tollii tempore, qui illos, quibus adornandæ cura erat demandata, humaniores literas non multum amasse ipsa collatione constare dicit; sed triginta admodum anni multum elegantix incrementique attulerint. Eam igitur quum intrasset, extemplo oculos conjiciens in Desiderii Erasmi, Bataviæ luminis primarii, effigiem, quænam illic, inquit, conspicitur e muro suspensa, quod quondam moris, qui hodie fere prorsus videtur abolitus, fuisse nos docet Plinius<sup>b</sup> & ex aliis amicus meus Vir Cl. Lomejerus,<sup>c</sup> imago, quales utinam multæ & in omnibus Bibliothecis, constituerentur, ad movenda excitandaque, quod de se ipse confitetur Cicero in elegantissima illa oratione pro Ar-

C 3

chia

<sup>a</sup> Præf. Auson.  
C. XLV.

<sup>b</sup> L. LXXXV. 2.

<sup>c</sup> De Biblioth.

chia Poëta, alique, ingenia fortean haud parum conduceret. *Erasmus*, ab omnibus adhucdum desideratus ille *Desiderius* est, aejbam, de cujus, quem admodum olim de nativitate Franci & Germani<sup>b</sup>, De Constantino Magno, Homeri septem certabant urbes<sup>a</sup>, ita adhuc de Regina Saba Æthiopes & Arabes, de Carolo Magno Thraces atque Britanni<sup>c</sup>, de Christophoro Longolio Machlinenses & Parisini & Batavi<sup>d</sup>, certant admodum Gaudanicum vicinis Rotterodamensibus, qui plane suum vendicant. Gaudani tamen referunt se quondam possedisse malo furto a nebulone quodam ablatam epistolam manu ipsius Erasmi ad amicum suum Hermannum ni fallor Lethmatium, virum quoque inter doctos haud incelebrem, Gaudanum exaratam, in qua non modo profitebatur se Gaudanum, verum dolere sibi adjunxerat, ipsum se Rotterodamensem, non Gaudanum semper scripsisse, quam ego vellem tam sancte custodivissent quam quidem privilegia & ornamenta urbis vitrorumque elegantissimorum prototypa, vel hâc enim sola lis isthæc dirimeretur. Sed si parva magnis componere licet, *est illa ætate antiquior quam ut resarciri possit*, uti Clar. Mabillo-

<sup>a</sup> Majorag. præf. quæ est in Homer. Iliad. pag. m. 574. & præf. 11. in Odyss. p. 582.    <sup>b</sup> Job. Ludolph. Hist. Æthiop. L. 11. c. 3.    <sup>c</sup> Gisb. Cuper in præfat. Notar. in Lactant. de Mort. Persec. præmiss.    <sup>d</sup> Mirans Elog. Belg. pag. 114.

billonius <sup>a</sup> dicit de scriptis deperditis Livii. Verum ne hujus litis me faciam arbitrum en verba, qui jam ad manum est, celeberrimi Baudii, quæ, arrepto libro, Ill. Comes ex ordine ita legebat: *Matris patriam ipse declarat; de patre filius.* (ignosce, ajo, quod verbo interponam, Pontum Heuterum sacerdotem eum fuisse, dicere, qua propter silentio id præterire justissimum censuit.) Nos pro comperto habemus eum fuisse civem & incolam urbis Gaudæ: quæ loci amœnitate, cultu bonarum artium, ingenio gentis ad humanitatem composito, magistratus splendor & propensione erga omnia honesta, famam obtinet haud quaquam infimam inter primarias Bataviæ civitates. Quum autem partitudo matri appeteret, placuit eam Rotterodamum mitti, quo res occultius transigerentur. Quod si tamen aliquando contingat Gaudanis, Erasmus suum civem fuisse, posse probari, hoc ipsum elogium quod de Alexandro refert Aristides, aureis literis ipsis de maximo Erasmo tribuendum putaro. Quin imo etiam si nec opibus nec aliis rebus publice vobis utilis fuisset, quia tamen eum inter Græcos locum tenuit, id vobis merito sit gloriosum. Ipsius namque gloria in totam civitatem redundat. Nam cum honorificum sit & genti & urbi, summum aliquem virum protulisse, vos certe uberrimum præ ceteris felicitatis ipsius fructum percepistis. Nemo enim tanto-

C 4

pere

a Musei Italic. Tom. 1. part. 1. pag. 29.

b Lib. 11. Ep. 27.

c In Alexandr. Orat. Funeb. Tom. 1. pag. 48.

pere unquam patriam suam celebravit, quandoquidem ut alii de patria vel alia re quarvis innotescunt, ita semper ipse simul cum patria nominabatur. Nam & in iis, quos corrigebat, libris hoc signum fuit relictum, ut Alexandri nomini patriæ nomen adscriberetur. Ita fit, ut quoties illius incidat mentio, toties etiam vos celebremini. Verum tamen ex hisce Baudii verbis, quantum percipere possum, aiebat Ephorus, æquissimo jure suum sibi vindicant & gloriantur civem Erasmum Rotterodamenses, si quidem apud omnes ferme in confesso sit, atque etiam obtineat unumquemque civem istius loci vocari in quo lucem primus aspexit. Sic solet, aiebam, dici, verum hoc sese ita habente sæpenumero miratus sum summopere Pontium Pilatum Salvatoris nostri cruci imposuisse ejusmodi titulum \* qui Eum Nazarenum, cum tamen Berhlemi esset natus, referrer. Præcipue cum Eum in urbe Nazareth in Galilæa conceptum (Lucæ I. 26. II. 4.) & educatum (Luc. IV. 16. Matth. II. 23.) clarissime constet. Quid? etiam Galilæa, non vero Judæa, Ipsius patria multotiens vocatur a Matthæo XIII. 54. Marco VI. 1. Joanne IV. 43. imo ab ipso populo Matth. XXI. 11. Neque quicquam clarius quam a Philippo docente Nathanaëlem autumantem nihil boni ex Nazareth posse provenire Joan. I. 45. Ceterum ad  
 Eras-

\* Joann. XIX. 19.



Erasmum ut revertar, pergo, aliæ, nobis incognitæ, quare ita scripserit, fuerint ipsi rationes; quis enim vel paululum dumtaxat in literis versatus ignorat etiam doctissimos viros levissima de causa patriæ suæ nonnumquam valedixisse. uti variis exemplis probat <sup>a</sup> *Naudæus*, Imo sæpe cognomina ex sola habitatione ac commigratione traxerunt, uti *Apollonius Rhodius*, licet Alexandrinus esset, ideo, quod ex Alexandria Rhodum abierit, *Rhodius* fuit appellatus; quomodo & *Apio*, <sup>b</sup> cum esset *Oasensis*, cognominatus fuit *Alexandrinus*. Felices itaque subridens, ingerebat Ill. Comes, sunt ambæ civitates quod jam dudum sepultus sit Erasmus, ne & ille instar Alexandri M. jaceat inhumatus, ac prodest <sup>c</sup> quidam Aristander qui inter vestras civitates bellum excitet luctuosissimum. Verum de jure civitatis hoc posset fortean pro Gaudanis dici, ne liberos quidem horum qui reipublicæ <sup>d</sup> causa absentibus in aliis terris nascuntur, jure illo civitatis privari, sic etiam non oportere illorum, qui privata ob negotia absunt domo, infantes isto jure esse destitutos; nam licet parturitio illic matribus sæpe oboriatur

C 5

invi-

<sup>a</sup> In judicio de Augustin. Nipho l. 111.    <sup>b</sup> Pined. Ind. in Steph. V. Ap.    <sup>c</sup> Asian. Var. Histor. XII. c. 64.    <sup>d</sup> Notandum certe antiquos solitos fuisse illorum, qui Reipublicæ aut Principis causa aberant, domum & familiam virosum illustrium fidei atque tutelæ committere *Castell. Variar. Lib. I. cap. 1.*

invitis, animus tamen non erat foetus suos privilegiis suæ civitatis privandi, adeoque illam legem potius quadrare oportere in illos qui alibi lares suos colant, non vero quibus id casu & præter opinionem eveniat. Hisce immediate adjungit Ephorus, ergo ex prædictis malevoli facile colligent celebrem adeo virum esse neutiquam legitimo thoro natum adeoque spurium. Id, a jebam, licet non facile dixerim, sit verum, quid inde, nec hoc quidpiam detrahit ejus aut in vita minus sancte instituenda probitati, aut, in perscrutandis tam rebus sanctis quam profanis, eruditioni, quæ duo maxime in homine Christiano spectanda veniunt. Neque illud, dedecus si sit vocandum, ei soli contigit, nam Cajetanum<sup>a</sup> Thienæum Canonicum Patavinum Philosophum ac Theologum illegitimo thoro procreatum legimus. sic Nicolaum de<sup>b</sup> Passeribus a Genua Patavinum Juris utriusque doctorem illegitimis natalibus ortum percepimus, ast tamen nihilominus ideo laudem ac inter viros doctissimos locum sunt meriti, quod juxta quorundam sententiam si non, debet sequi, ut ex doctissimorum cœtu sit expellendus, & una cum eo omnis eruditionis ac doctrinæ elegantioris parens Homerus quem Matrem Critheim, postquam amore

<sup>a</sup> Thomasin vita Illustr. Vir. pag. 54.  
<sup>b</sup> Id. Thomasin Illustr. Viror. Elog. pag. 257.

<sup>b</sup> Id. Thomasin Illustr. Viror. Elog. pag. 257.

more furtivo gravida esset facta, apud Militem fluvium, unde primo Melesigena appellabatur, enixam tradit Majoragius. Præter hæc jam dudum ipse latam a se legem abrogavit Pericles qua statuerat eos demum cives veros esse Athenienses, qui ex duobus nati essent Atheniensibus, quemadmodum refert Plutarchus, adeoque ut non & hæc Gaudana e civitate sit Erasmus remotura. Sed quid ego medicus ita late hanc juridici fori, diu tamen eruditissimis Jurisconsultis solvendam propositam, exsequor quæstionem, cujus expositionem a multis jam annis ardentè frustra desiderarim expectarimque. Non ita pridem rogavi, cum nos humanissime & lautissime exciperet, virum celeberrimum Bernardum Costerum, juris peritorum eruditissimum, vellet me, si posset, ex hisce extricare; quod quum pro humanitate qua est erga literatos summa atque ingenii amœnitate & acumine facile in se recepit, cujus responsum si mihi hodie, nam indies expecto, adhuc transmittitur, è vestigio vobiscum communicabo. Nondum, mi Henrice, absolveram quin expectatus quidem, non tamen ibi, sedulior nauta inopinanti mihi tradit doctissimi Viri literas quarum ex epigraphe cum ilico cognoscerem manum, jam, præ lætitia

a Præfat. v. in Homer. p. m. 574.  
322. ad Steph.

b In fine ejus vitæ pag.

titia fere exultans, habemus, inquo, Viri Nobb. quod exspectavi vobisque promisi a consultissimo illo viro exoptatum responsum judiciumque, & apertis sine ulla mora literis alta voce in hunc modum verbotenus totam prælego epistolam.

V I R O D O C T I S S I M O

TH. JANSONIO ab ALMELOVEEN

S. P. D.

B E R N A R D U S C O S T E R U S .



Uam difficile sit omnibus placere, & in arduis huic fastidienti ævo satisfacere te non latet: sed & hoc tenon ignorare compertum habeo, majus insuper periculum subeundum esse, si inveteratus error eruendus, & jus jam à seculo obumbratum contra multorum præjudicia defendendum & propugnandum sit. His tamen non obstantibus, vir doctissime, tua petitio prævaluit, justitia causæ me coëgit, veritas me impulit (licet mihi ipsi videar imparlitis gravitati, & me censuris aliorum submittam) in medium proferre, quidnam me moverit (clarissimorum jurisconsultorum scriptis edoctus) in partes Gaudanorum civium ire, in vindicando seculi jam elapsi incomparabili

rabili viro. Censeo igitur, quod Desiderius  
 Erasmus non Rotterodamus, sed Gaudanus  
 sit nominandus, & quod Gaudani sibi ipsis o-  
 ptimo jure adscribunt Gaudanam civitatem  
 esse patriam illius viri, omnium eruditorum en-  
 comiis apud Europæas Gentes celebrati. Verior  
 enim & communior Doctorum sententia est,  
 quod natus fortuito vel in transitu in aliqua ci-  
 vitate, in qua parentes non constituerant domi-  
 cilium, sed erant tanquam advenæ, statim re-  
 cessuri, vel ibi recreationis causa assistebant, ob  
 hanc originem casualem & fortuitam non po-  
 test dici civis neque originarius istius loci, in  
 quo natus est, quia ad hoc, ut aliquis ratione  
 propriæ originis sequatur locum & domici-  
 lium, oportet quod in loco, in quo natus est,  
 parentes habitent vel constituent domicilium,  
 non commorando ibi tanquam transeuntes,  
 arg. l. l. Cod. de post liminio reversis, & red-  
 emptis ab hostibus. l. 7. Cod. de incolis, &c. lib. I.  
 tit. 39. l. filios 3. Cod. de Municipibus & origi-  
 nariis lib. X. tit. 38. & hanc sententiam, cum  
 Petro, Cyno, Baldo, Angelo Alberico, Ca-  
 strensi, in l. hujusmodi 84. §. legatum 1. ff. de  
 legatis 1. & Abbate Panormitano atque Felino  
 in Cap. Rodolphus 35. extra de rescriptis, te-  
 nent ex Italis Bartolus in d. l. filios 3. Cod. de  
 Municipibus & originariis num. 4, Jacobus  
 Menochius in tract. de præsumptionibus :  
 lib.

lib. 6. præsumpt. 30. num. 16. & 17. ubi ait, quod filii ipsius Johannes & Stephanus sunt ci-  
ves originarii Papienses, cujus ipse Menochius  
erat originarius & oriundus, licet Johannes,  
die 20. Septembris anno 1564. natus esset in ci-  
vitate Montisfregalis Pedemontium, & Ste-  
phanus die 6. Decembris anno 1572. Patavii,  
dum in illarum civitatum Academiis doceret  
jus Pontificium, & deinde Cæsareum.

Josephus Mascardus de probationibus vol. 3.  
conclusionone 1147. num. 5. & num. 7. ubi &  
rationibus & autoritatibus illam opinionem  
exornat, atque communem vocat, quam  
procedere non dubitat, si filius conceptus sit  
in loco domicilii, & alibi forte fortuna editus.  
arg. l. 29. ff. de statu hominum. Ex Hispanis.

Ferdinandus Vasquius de successione tom.  
2. de successione progressu lib. 1. §. 2. num. 9.

Hieronimus de Cevallos in speculo opinio-  
num communium contra communes quæst.  
458. num. 18, 19, 20. & seqq.

Thomas Sanchez de matrimonio lib. 3. di-  
sput. 23. num. 9.

Ex Gallis

Nicolaus Boërius in Decisionib. Burdega-  
lensibus decis. 13. num. 51. Bartholomeus  
Chassenæus ad consuetudines ducatus Bur-  
gundiæ Rubr. 3. des fiefs §. 7. in verb. & se-  
lon la nature d'iceluy num. 12.

Jacobus Cujacius in comment. ad lib. 1. responsorum Papiniani in l. 17. §. 11. ff. ad Municipalem & de incolis. ubi doctissimus vir ait. Hoc loco necessario repetendum est, quod supra attigi, filium sequi originem patris naturalis non originem propriam, per l. 6. §. 1. ff. ad Municipalem. l. 3. Cod. de Municipibus & originariis, lib. 10. quæ lex 3. aperte demonstrat filium sequi originem patris naturalis non propriam, nisi in ea retineatur jure domicilii.

Antonius Faber in Cod. Sabaudiaë lib. 8. tit. 30. definit. 24. in fine.

Ex Germanis

Johannes Brunnemannus in Comment. in Cod. ad l. 3. de Municipibus & originariis lib. 10. num. 3. ubi affirmat quod filius natus in civitate in quam transit mater cum patre, & ubi animum commorandi & habitandi non habuit, sequatur originem patris, quicquid alii contra disputent.

David Mevius in Commentariis ad jus Lubecense lib. 1. tit. 2. num. 14. ubi ait, Absurdum namque est, quod à nonnullis creditur, solam nativitatem, etiamsi aliquis fortuito naceretur, transeunte forte patre aut matre, vel alicubi ad tempus commorante, originarium facere.

Benedictus Carpzovius in decisionibus illustribus Saxonie part. 1. decis. 1. ubi secundum

dum communem Doctorum opinionem à Scabinis Lipsiensibus iudicatum refert, quòd domicilium originis naturale non tribuat locus natiuitatis, sed origo, ac domicilium patris. Ex Belgis.

Elbertus Leoninus, olim Professor primarius juris civilis in Academia Lovaniensi, postea Cancellarius Ducatus Geldriae, & Comitatus Zutphaniae in centuria consiliorum consilio 34. & cons. 54. ubi solidissimis argumentis hanc communem sententiam astringit, quibus, in hoc casu de jure dubitantibus, abunde satisfacit. Paulus Christinaeus, in decisionibus Curiae Belgicae vol. 5. decis. 33. ubi ait ita quoque censuisse Curiam Brabantiae.

A. Willemsen JC<sup>tus</sup> Rotterod. inter consilia jurisconsultorum Batavorum part. 1. cons. 152. ubi consuluit, quòd natus ex parentibus Rotterodam. casu & fortuito extra dictam civitatem, nihilominus tamen pro cive Rotterodamensi haberi debeat.

Simon à Leeuwen, in tract. de jure Romano Hollandico lib. 1. part. 10. num. 3.

Huic ergo sententiae (ut communi, tot tantisque rationibus subnixae Doctorumque consiliis exornatae, & supremorum tribunalium praejudiciis confirmatae) libens subscribimus: cum in ambiguitatibus, quae ex legibus profi-

ciscun-



ciscuntur, auctoritas rerum perpetuo similiter judicaturum, vim legis obtineat. l. 38. ff. de legibus & judex in judicando à communi opinione discedere non debeat. Bart. in l. ult. Cod. de pœna judicis qui male judicavit num. 5. Viglius in prælectione ad tit. ff. si certum petatur in l. 1. d. tit. num. 70.

Diximus supra in proposita quæstione, ut quis, natus in transitu vel fortuito, possit dici civis originarius istius loci in quo natus est, necessario requiri, quod parentes ibi habitent vel domicilium constituerint; sed nunquam apparebit Erasmi parentes Rotterodami habitasse vel domicilium constituisse. Non obstat quod mater Rotterodami peperit, cum illo se clanculum contulerit ad evitandum scandalum delibatae pudicitiae, & ne innotesceret puerperium, non ut civem Rotterodamensem cerneretur.

Cum itaque sola habitatio sine assiduitate neminem faciat incolam. Menochius de arbitrariis judicium quæstionibus lib. 2. cent. 1. casu 86. num. 14. & decem annorum lapsus non sufficiat ad transferendum domicilium, quamdiu constat de occasione temporanea, vel animo revertendi ad pristinum locum. Christianus vol. 5. decis. 33. num. 6. imo quod nec per mille annorum spatium domicilium contrahatur,

D

tur,

tur, si quis tantum habitet animo recedendi Menochius d. casu 86. num. 7. Mascardus de probationibus vol. 2. conclusione 535. num. 13. atque domicilium præsumatur in loco originis, nisi probetur esse mutatum, & animus mutandi domicilium neutiquam præsumatur nisi probetur. Mascardus d. conclus. 535. num. 1. & num. 28. à Rotterodamæis merito requiritur, ut sufficienter probent (quod nunquam probabitur) matrem Erasmi declarasse se velle ibidem domicilium habere, vel quod majorem partem bonorum ibi transfulerit, vel quod per multos annos, ad minimum per decennium, ibidem habitaverit, quæ inter alia, à Doctoribus desiderantur, vide Menoch. d. casu 86. Mascard. d. conclus. 535. Brunnemannum in Comment. ad Pandectas in l. 10. ff. ad Municipalem & de incolis num. 1. & 2. ubi ait. Nam duo requiruntur ad domicilium constituendum. I. animus ibidem permanendi. II. actualis habitatio, alterutrum non sufficit, & eundem Brunnemannum in Comment. ad l. 2. Cod. de incolis & ubi quis domicilium habere videtur, &c. lib. 10. tit. 39. Wesenbecium in parat. ff. in tit. ad Municipalem & de incolis num. 7. Gail lib. 2. observat. 35. num. 7. & 8. Zangerum de exceptionibus part. 2. cap. 1. num. 14. & num. 20. Carpzovium in jurisprudentia forensi Romano Saxo-

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. SI  
nica part. 1. constit. 3. definit. 18. Burgundum  
ad Consuetudines Flandriæ tract. 2. num. 33.  
& 34.

Non obstat, quod Erasmus fuerit filius  
naturalis, & extra legitimum matrimo-  
nium conceptus, cum certi juris sit, quod  
qui patrem justum non habeant, primam  
originem à matre enumerare debeant &  
matris conditionem sequantur. l. 24. ff. de  
statu hominum. l. 1. §. ult. ff. ad Muni-  
cipalem & de incolis l. 9. ff. eod. l. 22. Cod.  
de decurionibus & filiis eorum, &c. lib. 10.  
tit. 31.

Nec quicquam in contrarium facit, quod  
Erasmus se nominaverit Rotterodamæum, cum  
unusquisque veram originem adeo sequatur,  
ut ab ea se eximere voluntate sua nemo possit.  
l. 4. Cod. de Municipibus & originariis lib. 10.  
est enim origo patris (& in nostro casu matris)  
immutabilis, etiam cum expressa renuntia-  
tione. l. 6. ff. ad Municipalem & de incolis, u-  
bi JC<sup>tus</sup> Ulpianus ait. Adsumptio originis, quæ  
non est, veritatem naturæ non peremit, er-  
rore enim veritas originis non amittitur, nec  
mendacio dicentis, se esse unde non sit, de-  
ponitur: neque recusando quis patriam, ex  
qua oriundus est, neque mentiendo de ea quam  
non habet, veritatem mutare potest. Cum e-  
nim imago naturæ veritatem obumbrare non

debeat. l. 23. ff. de liberis & posthumis heredi-  
bus instituendis erravit in eo Erasmus, qui er-  
ror ex hoc probatur, quod assertioni vel per-  
suasioni alterius sine dubio credidit. Mascard.  
de probationib. vol. 2. conclusione 548. num.  
1. quo casu subveniendum est deceptis Mascard.  
de probat. d. conclus. num. 2.

Nec ipsius Erasmi error jus mutare potuit:  
nam veritas rerum erroribus gestarum non vi-  
riatur. l. 6. §. 1. ff. de officio Præsidis: Nec hic  
spectandum quid fecerit Erasmus, sed quid fa-  
cere debuerit l. 12. ff. de officiis Præsidis: Por-  
ro nihil efficit fama in contrarium, quod pro  
cive Rotterodamensi hucusque habitus fuerit  
Erasmus, cum ex verissima, & multis ratio-  
nibus subnixa sententia communis error mini-  
me jus faciat. Bronchorst cent. 1. assertione  
12. Denique jus per originem & conceptionem  
matris Erasmi, civitati Goudanæ acquisitum,  
ab ea sibi invita, à nemine auferri potuit. l. ult.  
ff. de pactis l. 11. ff. de Reg. juris. lib. 2. feud.  
tit 39. de alienatione Paterni feudi, quod ad-  
eo procedit, ut jus alicui, quæsitum, nec per  
Principem auferri possit, nisi propter publi-  
cam utilitatem vide Fernandum Vasquium,  
Hispanum. lib. 1. Illustrium controversiarum.  
cap. 5. Grotium in tract. de jure belli ac pacis  
lib. 2. cap. 14. num. 7 & 8. Sed, vir doctissi-  
me, ne quis hic mihi regerat, non esse operæ  
precium

precium tantas agitare moles in vindicando jure Goudanæ civitati competente, quasi obscura natiuitas Desiderii Erasmi non honori sed dedecori, huic civitati iudicanda foret, pauca quædam hic adiungenda putavi. Primo, quod iniqua illa & multis erroribus involuta tempora similibus natalibus maxime ansam præbuere, secundo, quod viris de Republica bene meritis, vel strenue patriam propugnando, vel iustitiam profitendo (par enim illorum est conditio. Constit. 2. de Justiniano Codice confirmando procem. Instit. Imp. Justiniani in princ. l. 14. Cod. de Advocatis diversorum iudiciorum) non obfuit in adipiscendis dignitatibus & honoribus ille ortus illegitimus. Incidit enim natalitius dies Erasmi in illa impuriore ævi tempora, quibus jus Pontificium ad Sacros ordines promotos matrimonio interdixerat Cap. Si qui 3. & Cap. Erubescant 11. distinctione 32. Cap. 1. & Cap. 2. extra. Qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possint, idque sub nullitatis & excommunicationis pænæ. Cap. Presbyter. 9. distinct. 28. Cap. unic. Clement. de consanguinitate & affinitate. & licet ipse Didacus Covarruias Hispanus & Episcopus Segobienfis; ex communi Theologorum consensu, fateatur, illud impedimentum non jure Divino institutum fuisse sed jure humano & Pontificio Covar. part. 2. de matri-

monio cap. 8. §. 3. num. 2. Patres tamen Tridentini congregati ad tantam nihilominus impudentiam postea eruperunt, ut anathematis fulmine percutiendos dixerint, non tantum eos, qui Sacerdotes & Diaconi matrimonia contrahunt, sed etiam qui ea probant, & pie iniri posse affirmant. Sessione 24. canone 4. & can. 9.

Sed si lux veritatis eo tempore huic affulsisset plagæ, jugumque illud, conscientias hominum impositum à proavis nostris Bataviæ Proceribus fuisset excussum, atque doctrina Euangelica pristinae puritati fuisset restituta (secundum quam & Episcopo & Diacono licuit uxorem ducere, nec vitio illis datum fuit si uxorem duxissent. Paulus in epist. 1. ad Timotheum cap. 3. v. 1. & 12. & cap. 4. v. 1 & 3. ad Titum cap. 1. v. 6. ad Hebræos cap. 13. v. 4. quod & post tempus Apostolorum in Ecclesia primitiva observatum fuisse satis innuit canon 50. inter Canones, qui Apostolis adscribuntur, & cap. Dominus 8. distinctione 56. ubi Hieronimus, quod verus sit Pontifex qualicunque ordine natus sit aliquis, si tamen perfectam fidem habeat, & quod fide tenent operibus impleat, sitque litteratus, & vir unius uxoris) non dubitandum arbitror, quin pater Erasmi licet Presbyter, ejus matrem in thalami sociam assumpsisset, invitis legitimis & solenni-  
bus

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 55  
bus nuptiis, cum jure Divino constitutum  
esset. Exod. cap. 22. v. 16 & 17. Deuter. cap.  
22. v. 28 & 29. & jure Canonico repetitum cap.  
1. extra de adulteriis & stupro, ut si seduxe-  
rit quis virginem nondum desponsatam, dor-  
mieritque cum ea, dotaret eam, & haberet  
uxorem, præsumendum enim est in partem  
benigniore, in quam ipsa naturæ ratio nos  
ducit l. 56. l. 168. l. 192. §. 1. l. 200. ff. de Reg.  
juris. cap. Estote 2. extra de Reg. juris, &  
quod quis, divinitimoris memor, l. ult. Cod.  
ad legem Juliam repetundarum, magis obe-  
diens Deo quam hominibus esse velit. Actor.  
cap. 4. vers. 19. sic & mater Erasmi veniâ certe  
digna est, quod admiserit præbyterum, nam  
juris positivi (& quod magis est Divino con-  
trarii) ignorantia, propter sexus infirmita-  
tem in mulieribus excusabilis est l. 9. ff. de ju-  
ris & facti ignorantia. Nullâ igitur maculâ  
hæc nativitas aspersit Desiderio, quin omni-  
bus fere Europeis, non solum literatis sed &  
Principibus fuerit in desiderio, ita ut certatim  
viri, istius ævi doctissimi, consortium expe-  
tiverint, & præmiis atque precibus evocave-  
rint. Et merito, nam si qua macula sit, hæc  
filio naturali non obest, nec infamiam irro-  
gat, si tanta ejus virtus sit, ut vitæ honestate  
& meritis maculam illam facile eluat, & ab om-  
nibus bonis ac honestis recipiatur. Cap. Nun-

quam 4. distinctione 56. ubi Chrysoftomus ait, quod ex meretrice natus & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non de-  
decoratur opprobriis, cap. Apostolica 12. & cap. Cœnomanensem 13. d. distinct. 56. ubi, si cæteræ virtutes in eum convenient, non rejicimus. vide Benedictum Carpzovium in decisionibus illustribus Saxonix part. 2. decis. III. num. 10. commiseratione enim & venia dignus est, qui nihil admisit l. 6. ff. de decurionibus, qui innocens est l. 2. §. 7. ff. cod. qui patris non suo vitio laborat. l. 7. Cod. de natalibus liberis, & in cujus potestate non fuit quemadmodum nascatur enim nec nascendi conditio infamem faciat, sed vitæ institutique tantum ratio turpis & nocens. Cujacius in Comment. ad lib. 1. responsorum Papiniani in d. l. 6. ff. de decurionibus. Sic natales illegitimi liberis naturalibus olim fraudi non fuerunt, nam Hieronimus, verum Pontificem nominat ex adulterinis natum conjunctionibus. Cap. Dominus 8. distinctione 56. neque filius Presbyterorum & subdiaconorum natales obfuerunt in adipiscendo aut acquirendo pontificatu Cap. Osius Papa 2. d. distinct. 56. imo Nothi & naturales, in regnis patrimonialibus aliquando ad regni solium apud diversas gentes sunt admissi, & diademate ornati vide Grotii tract. de jure belli ac pacis lib. 2. cap. 7. num. 12. in annotatis, Et adhuc hodie de



consuetudine filii naturales (qui *Bastardi* appellantur secundum Glossam in tit. ff. de concubinis) in Tuscia, Delphinatu Burgundia, imo in tota Gallia, retinent nobilitatem generis, & portant nomen & arma sui generis, atque pro nobilibus habentur & reputantur. Bartolus in tract. de insignibus & armis num. 7. Guido Papæ in decisionibus Gratianopolitanis decis. 580. num. 1. & ubi Ferrerius in notis. Boerius in decisionibus Burdegalensibus decis. 127. num. 21. Chassanæus ad Consuetudines Ducatus Burgundiæ Rubr. 8. des successions des Bastards §. 3. vers. advertendum est num. 21. licet de jurè civili contrarium sentiant Bart. in l. suggestioni ult. Cod. de verbor. & rerum significatione vers. Modo sequitur num. 1. Schneidev. ad instit. in tit. de hereditatibus quæ ab intestato deferuntur cap. de successione liberorum naturalium num. 5. Quis porro Johanni Andrææ, Jasoni & Bartolo, viris magni nominis & consultissimis unquam jure opprobrio duxit, quod habuerint natales illegitimos, sicuti illos habuisse quidam referunt, Corasius lib. 7. Miscellan. juris civilis cap. 23. num. 4 & 5. alii addunt Bartolum præterea fuisse expositum. Rebuffus ad Constitut. Regias in tract. de sententiis provisionalibus art. 3. Glossa ult. vers. nono, in cujus rei probationem ipsum Bartolum adducunt in l. quidam

cum filium 132. ff. de verbor. obligat. num. 8. Cujus Bartoli in explicando & interpretando jure auctoritas tanta fuit, ut decreto regio in Hispania & Lusitania fuerit sancitum, quod in casibus in quibus reperiretur contradictio Doctorum, opinio Bartoli prævaleret, tanquam principalior, & secundum illam judicaretur. Thomas Diplovatatus in ejus vita. Cui Bartolo Carolus quartus Romanorum Imperator, & Rex Bohemiæ concessit, ut ille, & cæteri de agnatione ejus, leonem rubentem cum caudis duabus in campo aureo portarent. Bart. in tract. de insignibus & armis num. 2. Cui Bartolo, ejusque posteris, quos legum doctores esse contingeret, idem Imperator potestatem dedit legitimandi, & veniam ætatis concedendi, ut ipse Bartolus gloriatur, in princ. super Constitut. Extravaganti. Ad reprimenda multorum facinorosa lit. C. quod legitimationis privilegium tamen limitare videtur ad scholares auditorii sui, quos contingeret esse illegitime natos ex quocunque complexo illicito. In l. Gallus 29. §. forsitan 8. ff. de liberis & posthumis heredib. instituendis. vers. quæ juxta prædicta, & quem Bartolum idem Imperator suorum Consiliariorum & Domesticorum numero aggregavit. Bart. in d. princ. super Constitut. Extravaganti. Quæ potestas legitimandi & ve-

niam

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 59  
niam ætatis dandi pertinet ad Principes &  
Status superiorem non recognoscentes. Nov.  
74. cap. 2. & Nov. 89. cap. 9 & 10. l. 1. l. 2.  
& l. 3. Cod. de his qui veniam ætatis im-  
petraverunt, numerantur enim hæc inter  
majora Regalia. Rosenthal de feudis cap. 5.  
conclusionone 2. lit. D. & J. & inter reservata  
Principis. Argentreus ad Consuet. Brit-  
tann. art. 468. num. 2. ut nullus inferior.  
hanc potestatem maxime legitimandi ex-  
ercere possit, nisi ex speciali Principis per-  
missione, cum sit meri Imperii. Kinschot de  
rescriptis gratiæ tract. 6. cap. 1. num. 2. et-  
iamsi essent Comites Palatini, quibus hæc  
potestas aliquando ab Im- peratore nomina-  
tim conceditur. Treutl. Vol. 2. disput. 17.  
thesi 2. lit. E. Schneidev. ad Instit. in tit. de  
hereditatib. quæ ab intestato deferuntur Cap.  
de successione filiorum naturalium num. 9.  
Gudelin. de jure novissimo lib. 1. cap. 15.  
num. 14. Sic & Duci Burgundiæ hanc le-  
gitimandi potestatem non competiisse nisi  
ex privilegio, quia Regem Franciæ reco-  
gnoscebat superiorem, asserit Chassanæus  
ad Consuet. Ducatus Burgundiæ. Rubr.  
des successions des Bastards 8. §. 15. in verb.  
Et au regard des biens meubles num. 40.

Ex his & aliis, quæ in hanc rem adduci pos-  
sent, vir doctissime, apparet, filiis naturalibus,  
omni-

omnibus virtutibus instructis natales non obstitisse, nec obstare in obtinendis & acquirendis dignitatibus & honoribus, & quod viri eruditi, æque ac militantes, Principalibus præmiis fuerint remunerati. Imp. Justinianus in 2. præfatione Digestorum §. 6. & §. 11. & in §. ult. proœmii institut. l. 14. Cod. de Advocatis diversorum judiciorum l. 1. & l. 4. Cod. de Advocatis diversorum judicum ita ut non dedecori, sed honori hæc disputatio civitatis Goudanæ civibus esse possit, in qua excolenda, si qui præstantiores & eruditiores me deinceps quicquam præstiterint, civibus id utile, & mihi pergratum fore censeo & testor. Vale.

Atque ita videmus Rotterodamenses sibi Erasmi nostri nativitatem, non vero ipsum civem, quod contendere annisi sumus, posse vendicare. Epistolæ vero lectioni supervenerat Bibliothecæ Præfectus, qui, veritatem historiæ de furto ablata epistola rogatus, respondit id se quidem sæpissime populari rumore dubiaque fama accepisse, nunquam vero ea de re quid certi potuisse produci: se autem esse ea in opinione, quod errore rudium quorundam hominum Erasmo tributum fuerit dictum, quod de Reynerio Snoyo Erasmi amico familiari verissime asseritur. deprompto enim libro M. S. hæc ex vita Erasmi, nescio a quo conscripta,

scripta, prælegit, fontemque erroris, uti omnes agnoverunt, detexit. *Insuper abjecte refert* (vitæ Erasmi alter auctor anonymus M. S.) *eum prognatum ex parcho Rusticano, inquit, ceterum si avorum traditioni in istis partibus fides habenda, parente vicinæ civitatis Goudanæ parcho natus est. Certius ego testimonium adducere possem, qui multo senior hoc auctore sum, quod multi fratrum nostrorum audire ex ore Regneri Snoii Consulis & medici Goudani, quem hic tantopere laudat, & revere laude dignus erat tum propter eruditionem tum propter experientiam artis suæ, qui & ipse intimus amicus erat Erasmi, & contemporaneus. Hic solitus erat dicere fratribus nostris, quibus sæpissime aderat in diebus minutionum, quia medicus noster erat, dicens se maluisse pro ducentis florenis, quod Erasmus scripsisset se Goudanum, quemadmodum scripsit se Rotterodamum. Nam reverè (inquit ille) scio N. B. quod Goudæ natus sit, licet Rotterodami educatus. Qui si fidem, quam certe videtur mereri autor, adhibeamus, omnis diremta lis est. Sunt tamen, prosequatur Præfectus, qui volunt memoratam mox epistolam possedisse olim Mr. Henricum Læthmatium, Hermanni Læthmatii Canonici Trajectini, familiaris amici Erasmi, ex fratre nepotem, ast, ut verum fatear, non putem hominum levissimis conjecturis esse standum. Ipsum vero Henricum Læthmatium quædam Manuscripta, & forsan inter illa*

illa epistolas quasdam Erasmi, habuisse hoc suo non modo epigrammate, sed producendo binas adhucdum ineditas epistolas, probabo, modo grave molestumque non fuerit faciles aures præbere. Addam & alias a Clarissimis Viris Martino Dorpio, Alberto Pighio, Florentio Junio, Joanne Oporino, Joanne Fischero Episcopo Roffensi, ad Læthmatium, si voveritis, scriptas epistolas. Annuentibus itaque omnibus ac ex ordine confessis, ab ipso epigrammate arculæ inscripto, inquit, inchoabo.

*Illadem quondam servaret ut arca Darii*

*Fussit Alexander, jussio digna viro*

*Persica non latet hic Gaza, aut sublimis Jaspis:*

*Non Cræsi, Crassi, Pigmalionis opes.*

*Scripta manu magni, si quis non vidit, Erasmi,*

*Hæc verum ac vivum cistula parva dabit.*

Sed quid ad Læthmatium Erasmus. desideratis. enim longe avidius ipsam epistolam.

## DESIDERII ERASMI

### EPISTOLA PRIMA.

**S.P.** *Hilarium jam dicaram tuo Mæcenati priusquam tuæ litteræ huc vocarunt. Primum destinaram Regi Galliarum, sed debortantibus licet amicis verti consilium, ob hos verum tumultus omnibus bonis studiis inimicissimos, quorum ego nul-*  
*læm*

lum video finem, nisi si quis exoriatur  $\delta\tau\omicron$   $\mu\eta\chi\alpha\upsilon\eta\varsigma$   $\Theta\epsilon\omega$ , id est, pacificus Deus. Proinde magis tibi gratularer aulam si tempora essent tranquilliora, Tui vero candoris est quod mihi gratias agis, Imo tu te ipsum ornas tuis eximiis istis virtutibus: quibus (uti confido) vicissim ornabis & Christum, cui debentur omnia. Videris enim mihi multis nominibus felicissimus, si, quod superest prudenti consilio modereris: quod tu scio nullo monitore factururus es. Utinam nos aliquid possemus in ornando te. certe nullam prætermitemus occasionem. De legatione Britannicâ puto his turbulentissimis temporibus nihil futurum, si quid tamen acciderit, faciam omnes amicos communes.

Romanus Pontifex prolixo diplomate plenoque benevolentie testatus est animum erga me suum, quod ipse maximâ ex parte ore proprio ut testatur litteris suis Barbivius. Offert & Decanatum satis honorificum. Proximis ad illum litteris honorificam tui mentionem feci. Non opus est tibi consilio meo. Omnino paranda est fortuna & auctoritas quæ hominem vindicet a contemptu. Ut nunc sunt tempora, scripsimus epistolam jocosam de utendo aulâ, sed quæ seria ducat, ea est in libello de conscribendis epistolis. Scio te curaturum ut ubique te sobrium serves in conviviiis, Ea res multum tibi conciliabit autoritatis, affectus gloriæ etiam si quo pacto titillet animum summopere dissimulandus est, in cultu pariter & in oratione, Aula nasum habet. In disputationibus cavendum ne quando scolastico more incalescas, nec semper, nec cum omnibus,

nec

nec quavis de re decertandum, ita pluris fies, & minus habebis negotii. Colendi sunt. sed hi potissimum qui plurimum valent, oportet tamen omnibus esse commem: non abjecte tamen, sed sic ut memineris Theologicæ dignitatis absque supercilio. Commendat & Sanctimonix species. De rebus aulicis non oportet liberius loqui, nec statim prodere quid sentias, & si quid consulas, sit æquum minimeque noxium. quod si cogaris accedere parti, semper in latus feliciter inflectito. De negotio Lutherano quam minimum te admisceas si licebit, & si quid agis, semper memineris æquitatis. Linguis & bonis litteris oportet fortiter patrocinari. Nam Franciscus Hulst & Egmondanus magis has persequuntur quam Lutherum. Ea res conciliabit tibi animos plurimorum, sed præcipue juventutis ubique subolescentis. Hæc tempestas ne potest quidem durare diu, Bene Vale. Hæc tuo jussu liberius scripta vel in ignem conjice, nullum enim exemplar apud me manet,

Basileæ nono Kalendis Martii Anno 1552.

ERASMUS ex animo tuus.

Eximio Theologo Har-  
manno Lethmario Gou-  
dano in familiâ Cæsaris.

*Incertus eram de majoribus Archiepiscopi, alioqui pluribus in præfatione, dubitabam an Pater fuisset Cancellarius an Avus: ne nomen quidem quisquam docere poterat. Rursum. Vale.*

DE-



## DESIDERII ERASMI

## EPISTOLA ALTERA.

**S. P.** Linguae hominum nobis in manu non sunt, ut quae recta sunt sequamur in manu est. Emondano Pontifex iussit imponi silentium, atque utinam exarmaret hominem palam furiosum. Gratulor tuae fortunae, non deerunt dignitates & opes, Tu animum tibi para magnis rebus parem, sincerum, rectum atque omnia postponentem gloriae Christi. Munera ne capta sordida quemadmodum Delphius, saepe recusa sed civiliter, est enim aliquid recusare bene, Ea res pariet tibi plus & lucri & honestae famae. A magnis accipere magna nihil omnino nocuerit. Animus captandus est, R. D. Archiepiscopus mihi abunde satisfecit, quod opus probat, nihil enim aliud captabamus, quam ipsius favorem. Dominum Fredericum Archidiaconum etiam Romae novi, cujus animo non ero ingratus. Profectus est Bisontium in Augusto Hungariae maxime vini causa, in quo mihi spes vitae. Jam taedium me cepit seditiosae Germaniae. Tu ne verere in negotio Lutherano sequi aequitatem, & aliorum iniquitate oppressos liberare bonos. Vult hoc ipse Pontifex ut intelliges ex certis ejus Litteris. Bene vale mi Hermanne, & me vere tuum esse judica.

Basilicæ 15. Kalendas Maij Anno 1523.

ERASMUS ex tempore,

Absolutissimo Theologo  
Hermannno Lathma-  
tio Goudano, apud Ar-  
chiepiscopum Panormi-  
tanum.

MARTINI DORPII.  
EPISTOLA.

**S**P. Sciebam jam, atque adeo compluribus ge-  
stiens narraveram, Charissime mi Her-  
manne, te honorifice in aulam R. D. Pa-  
normitani accitum esse, nec eram utique commissurus,  
ut tu me litteris anteverteres, si certum hominem nan-  
sisci licuisset, cui meas traderem, si ve tu eodem in loco  
tantisper hæreres, nam interea pene semper (ut est aulæ  
conditio) huc illuc audio circumductus es. Itaque quod  
licuit unum absens gratulatus sum, atque apud omnes  
gaudiorum meorum æstum luculenter testatus, ut ne-  
mo non intelligeret, Me tibi esse amicum amico. Nec  
vero id adeo quod istam fortunam tuæ eruditioni ullo  
modo respondere arbitrarer, si cui ad calculos justos  
revocetur, sed quia unice gauderem Litteras patro-  
num esse nactas in istâ aulâ, qui suâ ejus ope atque  
autoritate adesset. Id quidem (mibi crede, longe meis  
ipsius fortunis est carius. Nec conveniebat sane te a-  
pud aures illas Batarvas summa eruditionis tuæ speci-  
men edere, ubi Bacchi Mistæ pluris sunt quam Mu-  
sarum. Neque dubitem quin istinc compendii magni-  
ficis

fica quedam spes affulgeat, sine quo quamvis egregie  
 docti tamen neque dignitatem neque vitam adeo com-  
 mode tueri possumus. Laudo itaque consilium tuum at-  
 que institutæ vitæ rationem. Sed tibi laudo mihi non  
 item, si vel maxime amplæ conditiones ultro defe-  
 rantur. Quam ob rem rogas? Nimirum quod duo  
 cum idem suscipiunt, dicas alterum bene consulere si-  
 bi, alterum prorsus toto errare cælo. Tu me aliquanto  
 junior es, Gallice nosti, Græce ac Latine comis is, af-  
 fabilis, suavis, Gallicis moribus iisque profecto elegan-  
 tissime assuevisti. Potes cum omnibus omnium horarum  
 hominem agere, mea in multis alia est ratio. Amo tran-  
 quillitatem, aulicos mores non calleo: ætas jam incipit  
 pene ad senium vergere, fortunâ quamvis tenui tamen  
 contentus sum. Hoc est quod dixi, tibi prorsus laudo quod  
 instituisti, mihi meique similibus non itidem. Jam  
 quidem talem Patronum nactus es, non modo perspicua-  
 cissimæ prudentiæ, verum etiam eximie eruditum. Hoc  
 verò tibi palmarium. Neque novum est ut ista familia  
 Carondiletorum doctos viros foveat. Extat si quidem  
 oratio Hermolai Barbari ad Cæsares habita, quam  
 R<sup>ni</sup> Panormitani patri, Magno tunc Burgundiæ Can-  
 cellario, dedicavit. Hic recte valemus. Ego ut semper in  
 literis meo arbitrato versor. Nihil æque cordi est quam  
 sacras literas a Sophistarum tyrannide asserere. Cui rei  
 equidem impar sim, nisi Hercules ille noster Erasmus  
 dira ista portenta jam pridem penè confecisset. Nuper  
 Eruditissimus vir Ludovicus Vives in responsione Quod-  
 libeticâ disseruit, aderat tanta multitudo, quanta post

hominum memoriam uni in loco Lovanii non est visa. Ringebantur veteris inscitiae patroni, quibus & hoc permolestum est, quod tu vir utriusque Linguae callens, ad haec bonarum artium Primarius assertor, bonis artibus in istam Aulam penetraris. Emondanus non est veritus impudentissime asseverare te cum primis Lutheranum esse cui ego sic respondi, ut intellectum sit, cujusmodi vir sis, & quam te amemus tuis meritis. Tota Juventus alacriter recta studia complectitur magno dolore quorundam Rabbiorum. Summus Pontifex Erasmo scripsit humanissime. invitavit eum Romam amplis promissis.

Verum ego noctuas mitto Athenas, Quin tu potius plaustrum novarum rerum huc trans mitte. Bene vale Hermanne suavissime, Lovanii Pridie Innocentium. Opto & precor ut omnia tua Deus opt. max. secundet.

TUUS MARTINUS DORPIUS  
toto pectore amicus.

Reverendo Patri exi-  
mioque Domino Her-  
manno Lathmatio a-  
mico Patrono suo sin-  
gulari.

ALBERTI PIGGHII  
EPISTOLA.

S Alve plurimum mi Doctissime Hermanne. Quod rarius ad te scripsi ideo fuit, quod  
nes-

nesciebam ubinam ageres gentium. Sciebam  
 præfens cum adhuc viveret Adrianus te addi-  
 ctum fuisse illi Panormitano, non pro tuâ  
 dignitate quod mihi displicebat vehementer.  
 Nunc quia intellexi te residere Trajecti in tuâ  
 præbendâ D. Virginis, volo post hac ad te  
 scribere frequentius, & tuâ istic operâ uti  
 familiariter. Et ut spero brevi etiam esse vobis-  
 cum. Expertus sum hætenus amicos quos cre-  
 debam illic esse, desides aut infideles. Nam a fe-  
 stis Paschalibus in hanc usque horam, non  
 potui ab omnibus illis extorquere, toties scri-  
 bendo ut rescriberent, in quo statu sit nego-  
 cium Theauriæ nostræ Trajectensis. Sed spero  
 me intellecturum omnia, per præsentium ex-  
 hibitorem Virum doctissimum meum Præce-  
 ptorem D. Joannem Fortem Marbecanum  
 Theologum, qui & tecum colloquetur, de  
 nonnullis rebus meis non parvi momenti, cui  
 scio te pro nostro amore, tuâ integritate, Ec-  
 clesiæ vestræ honore adfuturum pro viribus.  
 Non vacavit mihi ob maximam festinationem,  
 & infinitas occupationes hanc rem retexere  
 latius, sed ab eo intelliges omnia, & quid fa-  
 cto opus erit. Non potui tamen committere,  
 quin hoc unicum adjicerem & novitatibus no-  
 stris, tibi & omnibus bonis auditu gratissi-  
 mum, videlicet pro indubitato & constantis-  
 simo hic haberi, confectam jam pacem inter

Principes nostros, Cæsarem & Gallum. Desponsatam Cæsari sororem Portugalli. Gallo autem Leonoram Cæsaris sororem, cujus filiam quam sustulit ex antiquo Rege Portugalliæ desponsari ajunt Delphino Regis primogenito. Borbonio autem sororem Regis Ducissam Alenconii, cujus maritus obiit paulo ante. Anglum manere cum suis Scotis, cujus filia præsens sponsa Delphini demum Cæsaris nunc decretum Regi Scotiæ,.....puero. Faxint superi ut hæc omnia firma maneant, & inviolata. Conditiones pacis magis conjectantur, quam sciuntur. Gallum videlicet cedere Imperatori Italiam totam: Burgundiam dari Leonoræ in dotem. Sed hæc pro festinatione summâ nimis multa. Nihil dubito te jam audisse & gaudere mihi provisum esse de sacerdotiis Dorpii amici nostri Parochi videlicet in Quwerschie, & Capellaniâ quadam in Noordwijk. Utinam succedant omnia illic tam feliciter, quam hic cesserunt. Vale mi Hermanne carissime & scribe ad nos frequenter, Amicisque omnibus istic, quos paucissimos de facie cognovi, nos commenda diligenter. Ex Palatio Apostolico, 12 Augusti 1525.

tuus uti frater & S. ALBERTUS  
PIGGHIUS, S. D. N. Cubicularius secretus.

Eruditissimo viro D. Hermanno Goudano Sacre Theologiæ Professore, Canonico. D. Maris Trajectensis, Amico suo sincerissimo.

AL

## ALBERTI PIGGHII

## EPISTOLA ALTERA.

*S*alve mi Doctissime Harmanne. Quamvis nunc  
 cuperem tecum esse prolixior, in summâ tamen oc-  
 cupatione non vacavit nisi paucula hæc scribere. In-  
 telleximus hic mortuum Joannem Pelskem adver-  
 sarium meum in Ecclesia Ouwerschianâ, adversus  
 quem si fuit executâ citatio, quæ ultra annum est in  
 partibus, factum est indubitatum jus nostrum, per  
 surrogationem quam obtinuimus in jus adversarii.  
 Quod si eo casu expectativæ meæ gratiæ vigore acce-  
 ptastis Ecclesiam Alcmariensem, quæ etiam vacaret  
 per mortem ejusdem ad collationem Ecmondani est quod  
 vehementer cupio. Utcunque sit, spero, nec quidquam  
 dubito, bene a vobis facta omnia, & per tuam pru-  
 dentiam diligentiamque suppletum esse id quod deest  
 Uternekio. De Placelo pro me obtinendo nescio quid fa-  
 ctum sit, ab Ill. Lovaniensibus meis quos experior ne-  
 gligentissimos. Oro te mi Harmanne totam hanc curam  
 in te suscipere velis. Quam tibi haud operosam nec diffi-  
 cilem fore confido. Si apud R<sup>m</sup>. Panormitanum Patro-  
 num tuum me commendareris, non quantum mereor e-  
 go, sed quantum valet facundia tua, eidemque signifi-  
 caris me posse illis aliquando alicui usui esse, quando istic  
 ero vobiscum, si me sibi devinctum habeant, Nec di-  
 gnum esse me excludi a beneficiis, alumnus suum tot an-  
 norum in universitate Lovaniensi: ad quæ passim ad-

mittuntur non multo me digniores. Sed hæc tu protuâ  
 prudentiâ es melius & accuratius factururus, ne sus Mi-  
 nervam docere videar. Mortem Francisci nostri Ale-  
 mariensis nihil dubito te jam dudum intellexisse, & do-  
 lere ut æquum est. Rerum novarum nihil scribere  
 aut libet aut licet. Turbarum & malorum quoquo te  
 veritas plena sunt omnia undique, erumpenda sane in  
 pejorem adhuc exitum aliquem, utinam in capita eo-  
 rum qui auctores extiterè, sed hæc superis curæ erunt,  
 nobis utinam liceret ex omni turbatione fortunæ nos sub-  
 ducere & secure spectare in hac tragœdiâ, id quod u-  
 num conabimur omnibus viribus. tu interea me ama-  
 vicissim ut facis. Resque nostras quamdiu absumus a  
 vobis commendatas habeas. Romæ nonâ Novem-  
 bris 1526.

tui Amantissimus uti Frater  
**ALBERTUS PIGGIUS.**

Reverendo Patri Domi-  
 no Harmanno Gouda-  
 no, Sacræ Theologiæ  
 Professore, Canonico in  
 Ecclesiâ D. Virginis Tra-  
 jectensis Domino suo, &  
 tanquam Fratri Carissi-  
 simo.

Trajecti.

**FLORENTII JUNII**  
**EPISTOLA.**

**S. P.** Accepi his proximis diebus binas  
 Doctissime Domine Decane, qua-  
 rum



rum alteras nuncio Flandro Francisco, alteras Petro Buscoducensi dederas ad me transferendas. His jam paucis respondebo, aliaque quædam adjungam quibus te delectari non dubito. Febris quartana me tandem reliquit. Assendelphus meus nullam videtur sperare salutem, Medicum habui Lamesium quendam Flandrum qui & Reginæ Medicus est. Præter hunc & alios adduximus non minoris eruditionis. Ægro tamen nihil profuerunt. De suppellectile meâ scribis te quidem dolere mi Domine propter ejusdissipationem, quod ex eâ nummorum non exiguâ summa corradi potuisset, verum addis propter distractos libros gaudio potius quam dolore affectum te, quod sic putes omnem occasionem mihi ademptam, aliis me rebus occupandi, quam unico juris studio. Certe mi Domine Decane, nec ego licet tenuioris conditionis sim hoc damnum adeo magni existimem, si vel a fure aut alio quopiam esset perpetratum, verum in Præside Collegii, qui meâ operâ Parisiensis Academiæ rectoratu ornatus fuit, cujusque præter bona etiam vitam reddidissim, non puto ferendum. Nec illi omnes libri tales erant qualibus uti solent Professores Collegiorum primi, sed erant inter eos Pandectæ Codex & alii multi qui legum studiosis necessarij sunt. Hos omnes in rem suam convertit iste

nebulo, sperans ut jam intellexi Junium nunquam ad Gallias rediturum. Ordinem atque rationem studendi a te mihi præscriptam video etiam a perfectæ eruditionis viris Noppero & Lorioto commendari. Frequens enim de ratione studii disceptatio mihi cum illis fuit, atque jam quotidie major atque major erit, cum Domino Noppero cum quo utor valde familiariter quique me unice amat, quod satis testatur vir omnium judicio Doctissimus: dum aut me invisit, aut ad se vocat, Huic dedi Litteras Domini mei legendas, ut & ipse sciret quid rerum apud vos & Germanos ageretur, quibus vir patriæ suæ amantissimus multum delectari visus est. Tibique summam scribi salutem suo nomine jussit. Cum agerem Biturigibus forte fortuna intellexi apud Carmelitas morari quendam Monachum qui olim Lovanii Theologiæ operam dedit, hunc ad me vocari curo, atque statim ubi hominem vidi, agnosco familiariter atque ille me, Patriâ Attrebatensis est, Cæpi tandem rogare quid esset quod huc se contulisset, Laureâ hic non Parisiis ornari desideraret. Ille utque alii temporis prolixitatem, Doctorum Theologorum phantasmata ut loquebatur disputandi modum philosophicum, atque ipsam scolasticam Theologiam incusabat, Quod ubi intellexi, rogavi, quam Biturigenes haberent rationem

**THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 75**  
tionem tradendæ Scripturæ, qui hoc tunc mihi  
respondit. Regina Navarræ ante duos annos  
talem docendæ Theologiæ formam præscri-  
psit, ut essent qui libros sacros atque præter  
eos nullos alios publice docerent. Singulis heb-  
domadibus disputationes fierent, quarum ca-  
pita non aliunde quam ex Sacris Literis pro-  
ponere liceret. Ad earum propositionum con-  
firmationem aut contra, nihil aliud adduci oport-  
tere, quod non esset vel in ipsis Bibliis, vel  
ex ipsis quatuor Ecclesiæ Doctoribus desum-  
ptum licet etiam Gregorii quædam rejiciat,  
admittatque Cyprianum aliosque Græcos  
quosdam. Huic ratione obstitisse seniores quos-  
dam Theologos, qui ut ipsa agebat ne verbum  
quidem unquam Latine proferre possent, sed  
jam illis frænum impositum ab ipsâ Reginâ ne  
sanando huic negotio aliud facessant nego-  
cium. Atque ita putat ipsa facile futurum ut  
qui eo se conferant citius quam alibi doctiores  
Theologie vadant. Hæc mi Domine Navarræ  
Regina Bituricensium Dux est.

Fuit hic proximis diebus Aureliæ, atque  
ante triduum una cum Rege Marito hinc de-  
cessit, in ejus comitatu est, Nicolaus Bor-  
bonius Poëta. Interim vero dum hic hæreret  
Regina illa, iverunt eam salutatum, clarif-  
simæ quædam sceminæ hujus urbis, inter alias  
deducta fuit etiam ad eam uxor Pharmacopolæ

nostri, mulier ingenio plusquam virili prædita. Nam ut intelligo moris est hic inter Gallas si quando Principem fœminam adeant, secum ducant quæ dignè queant heroinæ elocutioni satisfacere. Quâ in re primas meo iudicio facile vendicat sibi uxor Pharmacopolæ nostri, Illa domum reversa marito rem omnem interpretatur, qui eandem rem dum ægrum visitaret retulit mihi. Summa totius reierat, de Ecclesiæ abusu: quam Regina multum deplorabat, seque cupere dicebat omnibus votis, ut tandem omnia restaurarentur, sed modum ac ordinem nullum videre quo id commode fieri possit. Atque cum forte diceretur esse apud Germanos, qui ad hoc pro virili niterentur, mentioque fieret Calvinii Galli. Illa epiphonemate quodam exclamare cepit, non inquit hi sunt qui rem tantam ad felicem exitum unquam ducent. Adest huic perpetuo Filia Duci olim Cliviensi desponsa, quæ an unquam ad Ubios seu Menapios ventura sit multum Hercule dubito. Referam quod didici ex Domino Lametio Crabbe viro bonæ fidei & Regum Franciæ medico. Hæc multum conquesta est apud parentes sæpius, se invitam olim Duci illi desponsatam, atque ita tamque frequenter conquesta est, ut tandem ad Regem res pervenerit, qui ubi rem intellexit, negocium Cardinalibus quibusdam mandavit,

davit, ut quid de querelis tam honestæ Principis statuendum esset deliberarent. Deceverunt illi Patres rem omnem ad forum Ecclesiasticum esse producendam atque causa agitata ad eum tandem finem perducta est, Juramento asserere vellet se nunquam consensisse, libera ab omni contractu, quicumque aliorum operâ factus est, censeretur, Atque in certo quodam die in templum ubi præter hos Cardinales confederant, etiam totius Regni optimates, deducta Regis filia solemnijuramento asseveravit, se nec consensum dedisse unquam ut extero nuberet, sed blanditiis potius atque dolo in templum deductam fuisse, cum tamen aliquot diebus ægram se simulasset, ne omnino extero homini elocaretur. Hoc animi propositum per nutricem suam probavit, cui hoc in sinu subinde infuderat. Quo posito juramento liberam publice a matrimonio illo Principem filiam pronunciarunt. Quantum præterea intelligo ex quibusdam qui Aulam sequuntur, minor tum erat quam ut contrahere cum viro posset, ac sponsalia potius quam matrimonium contracta sunt censenda, quæ multis de causis & facile rumpuntur.

Cum mense Augusto præterito venirem Lutetiam, reperi ibi Dominum Q. Sturmium, una cum Joanne Sleidano, ego utrumque fami-  
liari-

liariter novi. Speratur magnus Euangelii successus, ex Ducis Francofurtensis captivitate. Longior essem sed avocavit me nuncius qui statim discedet, Vale. Aurcliaë 1546. ip[s]is nonis Februarii.

FLORENTIUS JUNIUS.  
Famulus Domini paratissimus.

Egregio atque Doctissimo  
Domino D. Hermanno  
Lathmatio Theologo absolutissimo D. Virginis apud Trajectenses Decano.

FLORENTII JUNII  
EPISTOLA ALTERA.

*Quantum gavisus fuerim ubi tuas mihi reddidit Litteras Franciscus nuncius dicere opus non est, intelligens Dominum pristinae sanitati restitutum, unâ cum tuis tradidit mihi eas quas Dominus Assendelphus ad me dedit. Ad studium meum quod attinet rationem namque scire desideras, ita id institui, ut in modum D. Noppero non displiceat. Verum quia his diebus a lectionibus suis cessant Doctores, atque utile iudicarem omnino si Assendelphus aliquo tempore Parisiis ageret, audiretque regios Professores, disceretque qui mores essent in eâ universitate, proposui cum eo bis sex hebdomadibus apud Parisienses agere, quare*  
huc

huc profecti, cum Nicolao Mallario Theologo, qui Dominum multum salvere jubet, habitamus. Mansuri apud eum bis feriis. Novi hic fere nihil est quod scribere audeam, scribam tamen quædam forsitan non ingrata, quod sciam de iis variam apud vos futuram famam. Hæc quæ scribo didici ab eo qui executioni interfuit ex officio, Stephanus Doletus cujus nomen propter scripta cognitum Domino crediderim, longo tempore propter hæresin in carcere detentus fuit, atque tandem solemniter Senatusconsulto damnatus ut igne cremaretur ad pulverem usque. Id factum fuit tertio hujus mensis die, eratque is dies Divo Stephano sacer. Hic cum ad supplicium duceretur, pauca admodum dicitur locutus, cæterum cum lictor publicus sua jam parasset, moneretque hominem ut sua salutis memor, se Deo divisque commendaret, Atque is tardius submissusque quædam mussitaret. Mandatum est, inquit lictor, mihi Dolete, ut coram omnibus te commonefacerem tuæ salutis. Quare Divam virginem Divumque Stephanum, Stephanum tuum præsidem invocabis, Cujus hodie dies solennis est, ut illi Deum quem toties offendisti tibi propitium reddant: quod si minus facias scio quid mandati habeam. Hic ille statim hæc pronunciabat verba; mi Deus quem toties offendi propitius esto, teque virginem Matrem precor, Divumque Stephanum ut apud Dominum pro me peccatore intercedatis, Obiterque monebat populum ut cum iudicio sua scripta legeret, si quæ superessent, exusta enim sunt multa ejus opera. Affirmabatque plus quam ter in

is multa esse, quæ nunquam ipse intellexerat, atque cum post hoc se Deo commendaret, Lictor inopinantem jugulat, jugulatumque in pulveres exuri curat. Longior sum, sed quia doctus erat, scio Dominum cupere audire, quomodo is obierit. Sunt cum eo exusti nonnulli alii: sed non eodem die. Varia dicuntur hic de Germanis De Imperatore non minora. Cuperem illa ex vobis discere, si aliquo modo vacaret. Locutus sum bis terve cum Professore Græco Tusano de epistolis Canonicis. Hoc didici tandem Litteras illas non esse Clementis, aut veterum Pontificum, sed eorum qui primis conciliis interfuerunt. Exemplar non est apud Tusanum neque Pictones, sed apud Canonicum quendam Angolesimensem, quæ datio, quantum hinc distet facile Dominus poterit ex se cognoscere. Cæterum Tusanus cum brevi expectat, qui si huc venerit non deëro huic negotio. Vale mi Mæcenat Optime, sodalitioque Dominorum me commendatum cupio. Raptim Parisiis. Anno 1546. 23. Augusti.

Mitto Domino Commentariolum in Psalmos, Rogo bono animo complectatur.

FLORENTIUS JUNIUS  
Famulus D. Paratiff.

VIGLII SUICHEMII.  
EPISTOLA.

S. P. Amplissime Domine Decane, accipi literas quinque Ecclesiarum, continente



THEOLOGICO PHILŌLOGICÆ. Si  
tinentes querelam de exactione subsidii quod  
pro bonis earum in Hollandiâ sitis exigitur.  
In primis autem Dominationem vestram ro-  
go, ut me apud eas excuset, quod uti ab eis  
petitur non rescribam, non enim libenter hunc  
morem ingredior, ut privatis litteris meis  
publica negotia dissepem, satius autem, ut  
Libellum Cæsari aut Reginae porrigant, quo  
super eo quod prætendunt, per majestates suas  
id decernatur, quod æquum ac justum vide-  
bitur, cum vero istud negocium per me ac D.  
V. aliquâ ex parte actum sit, id confidenter  
affirmare D. V. possum, me non aliud tunc  
existimasse, quam quod inter bona in Dominio  
& territorio Trajectensi sita, & alia in aliis  
provinciis existentia, circa hanc contributio-  
nem certa differentia constitui deberet. Quod  
& series verborum quibus hi casus clare distin-  
guuntur aperte demonstrat, cum alioqui sub  
eodem contextu utrumque casum comprehen-  
dere licuisset. Quin imo cum de eâdem re D.  
V. scrupulum moveret, ac ego constanter  
sustinerem, de iis subsidium solvendum esse,  
nec in transactione ea comprehendi debere,  
priusquam de eâ clausulâ quâ nunc Ecclesiæ  
pro se utuntur adjiciendâ Regiam consule-  
rem. Rationalibus, financiariisque nostris eam  
quæstionem exposui, qui mihi tunc sunt atte-  
stati, pro Hollandicis bonis antea solutum  
fuisse.

fuisse. Proinde Regina id secuta Clausulam illam non gravata admisit. Et quidem rationales nostri nunc a me de hac controversiâ interpellati exhibuerunt in ejus confirmationem actum novissimi subsidii, cujus copiam hisce junxi qui expresse id continet arbitranturque illi non minus antea Anno 1543. factum fuisse, fierive saltem debuisse, cum principalis summa minor tunc esset quam Anno 1547. & addunt si Anno 1543. pro Hollandicis bonis subsidium forte exactum non fuerit, erratum per eos fuisse, qui etiamnum contendere volunt, id quatenus solutum non fuerit tanquam debitum exigi posse ac debere, cum de eo transactum, illudve remissum fuisse non comperiatur. Quod autem in Litteris quinque Ecclesiarum contineatur in contractione hujus negotii fuisse declaratum quod Anno 46 & 47. pro Hollandicis bonis fuerit subsidium solutum. Sed secus factum Anno 43. id quidem ego juratus affirmare possum, me non ita intellexisse, sed persuasum habuisse utroque tempore extranea bona ab transactione fuisse exclusa. Et mihi quidem hic nec seritur nec metitur, sed simpliciter quod res est dico. Quod si D<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. aliter sensit fateri debeo me deceptum fuisse una cum præfatis Rationalibus. An noster autem error Majestati suæ obesse debeat, aliis judicandum relinquo. Regina

ginam profecto affirmare ipsam expressum intellexisse subsidium antea de Hollandicis specialiter fuisse conceptum. Nec ejus fuisse intentionem quidquam de eis nunc remittere.

Quamobrem D<sup>n</sup>. V<sup>r</sup>. dignabitur informare Confratres suos, quo ab hac prætensa conquiescant, vereor quippe ne operam perdant, & potius contra, sepultam de Anno 43. actionem excitent, trahendo in disputationem id quod inter nos bonâ fide gestum est, Ridebant me nonnulli, quod Jurisconsultus a Theologo deceptus fuerim. Et certe non desunt etiam qui dicunt, nimis parvo vobiscum fuisse transactum, quisque meum in hoc officium culpent id desiderantes ut hac occasione Cæsar in integrum restituatur, quo tota subsidii portio ab Ecclesiis vestris exigì possit. Bene vale Domine cum primis honorande.

Ex Bruxella 15. Julii 1553.

Di. V<sup>r</sup>.

Deditissimus Servitor & Amicus

VIGLIUS SUICHEMIUS.

Amplissimo Eruditissimoque Viro Domino  
Hermanno Lathmatio  
Sacrae paginæ Doctori &  
Decano B. Mariæ Trajectensis  
Domino suo honorando.

J O A N N I S O P O R I N I

B I B L I O P O L Æ A R G E N T O R A T I.

E P I S T O L A

**S. P.** Vidi capita aliquot, seu specimen operis a te instituti, Doctissime Læthmati, quibus perlectis, non potui non probare conatum egregium, atque utinam jam esset perfectus atque absolutus a te liber. Ita enim placuit quod misisti, ut si totum jam haberem statim reversus domum auspicatorus essem. Et ad proximum Septembrem absoluturus. Quod si ad festum D. Joannis proximi venturum, absolvi a te, & transmitti ad nos possit per Argentinensem mercatorem, qui eo tempore frequentissimus esse solet, satis adhuc in tempore mitteretur ad proximum ut Septembrem absolvi posset typis nostris. Vereor autem nimis longo tempore protractum iri negotium, si omnia prius ad Synodum mittenda sint, quam excusa fuerint. Neque puto te prævenire deliberaturos posse, si prius etiam excudenda miseris ad nos. Quamquam enim breve spacium est temporis, quo Synodus indicta debeat incipere, tamen ut nostri fere seculi mores hactenus abunde declarant, non ita cito futurum videtur, ut quæ in Synodo decernenda sunt, plene constituantur; quin aliquot annis deliberationem illam producendam,

cendam, & perduraturam existimem. Maximè in tantâ rerum atque ordinum omnium perturbatione atque corruptione. Proinde satis facile ac tempestive nobis mitti posse videtur excudendum etiam ad proximum Septembrem si ita tibi videbitur. Ita enim & facilior ac tutior erit mittendi ad nundinas Francfordinas ratio. Per Harmannum vestrum Bibliopolam nostratem & tibi inceptum opus absolvendi minor incumbet molestia, si menses adhuc quinque aut circiter ad eam rem habueris. Summa, sat cito fieri videtur si sat bene. Unum te mi Domine Læthmati, oratum velim, ut ita pro solitâ modestiâ tuâ stilum tuum temperare velis, quoties de nostris hominibus, nosti quos intelligam, loquendi occasio incidet, ut non possint illi justam occasionem accipere, quâ nobis forte operis tui imprimendi studio interdicatur. Ut enim gratificandi tibi studio nulli neque labori, neque impensæ parcere cupio, ita publicæ tranquillitati, ac privatis quorundam affectibus placandis potius quam irritandis consultum vel præcipue velim. Bene vale atque ineptæ scriptioni nostræ ignoscito. Vix enim per nundinarum turbas vel tantum ad te licuit. Libellos quos ad te mitto aliquot boni consules, nosque amare, atque ornare ut cepisti perges.

Francfordiæ ex mercatu verno. 1551.

JOANNES OPORINUS  
tuus ex animo.

## JOANNIS FISCHERI

EPISCOPI ROFFENSIS IN ANGLIA

## E P I S T O L A.

**S. P.** Quod tam amice nos monueris, habemus gratiam, satis enim perspicio quod ex animo benevolo proficiscitur, quem erga nos geris. Quamobrem & tuis consiliis paruissem libens, modo potuissem ex tuis litteris errorem deprehendere meum, simul & quid tu velles prorsus intelligere, neque enim certum habeo quid per charitatis latitudinem velis accipi, neque 17. Disp. Thomam id scripsisse comperio. Si plenissimam caritatem intelligis. Jam illam in hac vita nemo consecutus est, atque ita nemo fuerit, qui non in quovis actu peccabit, cum quidquid agit ab illâ caritatis plenitudine, quam ex præcepto, quod & Lutherus contendit, habere tenetur, aliquanto deficiat. Quamobrem si Thomas & Ægidius ita latitudinem caritatis accipiant, pro summâ plenitudine, simul & affirmant, ut tu recenses, scilicet eum peccare, qui cum in caritate est, non secundum totam latitudinem caritatis operatur, nihil prorsus a Lutheri sententiâ dissident. Cæterum non ignorans, quam Lutherus nihil aut Ægidio deferat aut Thomæ, neque admittat quidquam quod non Scripturis aperte comprobari queat. Non igitur cum eo pro  
dissu-

disputatorum placitis agendum esse censui, sed rationi potius ipsis innixâ scripturis. Habet utique Lutherus pro articuli sui defensione præceptum illud maximum Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Quod præceptum contendit a nemine pro hac vitâ fuisse penitus impletum. Factat & sententiæ suæ D. Augustinum omnino subscripsisse, qui negat quemquam in hac vitâ plenissimam caritatem assecutum fuisse. Ex his jam colligit id quod ipse molitur, nempe cum omnes ad plenissimam caritatem obligantur, quam nullo opere quantumvis bono præstent, consequens esse, ut in omni opere, quantumvis bono, nemo sit qui non peccet, nam peccatum non est aliud quam carentiâ rectitudinis, quæ debet inesse actui. Ego igitur ut nodum istum dissecem: hominum tria genera constitui, Primum eorum qui non nihil operis faciunt, quod adversatur caritati, ut qui furtum homicidium, adulterium, agunt. Nemo istos a mortali poterit excusare peccato. Alterum eorum qui tamen si quidquid agunt non repugnet caritati, subrepi tamen inter agendum aliqua negligentia vel incogitantia, seu quæpiam alia fragilitas, quâ non quantis possum viribus animum adhibent, ut opus Deo gratum evadat, & hos opinor peccare venialiter, quod dixi potius ut excluderem eos a mortali, quam ut definirem eos semper venialiter peccare. Tertium est eorum qui quantum licet per carnis fomitem & cum adiutorio gratis, totam animi contentionem adhibent operi caritatis eliciendo, & hos contra Lutherum affirmo, nec mor-

taliter neque venialiter peccare. Nec video quānam aliā ratione evertere queam, quod ille tam acerrime conatur, Cæterum hoc te offendit, quod exempli gratiā Paulum in secundo membro produxerim memorans eum peccasse cum a fastigio Cælestium misteriorum ad curam pænulæ suæ descenderit, Quod non tam ego quam Hieronimus ipse testatur adversus Pelagianos scribens. cuius verba subtexam. Hoc & nos dicimus inquit, posse hominem non peccare si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporeā, quandis intentus est minus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cytharā, Quod si paululum sese remiserit quomodo qui adverso flumine lembum trahit, si remiserit manus statim retrahitur, & fluentibus aquis quo non vult ducitur, sic humana conditio si parum se remiserit, discit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscunt. Putasne Paulum Apostolum eo tempore quo scribebat, lacernam sive pænulam quam reliqui Troadæ apud Carpum veniens affer, ac Libros ac maxime membranas, de cælestibus cogitasse misteris, & non de iis quæ in usu communis vitæ & corporis necessaria sunt? Da mihi hominem qui non esuriat, non sitiatur, neque algeat, non doleat, non febricitet, non torminibus, non urinæ difficultatibus torquatur, & ego tibi concedam posse nihil nisi de virtutibus cogitare. Ceditur Apostolus a Ministro & contra Pontificem, qui cedere imperaverat, sententiam dirigit. Percutiet te Deus paries dealbate. Ubi est illa patientia Salvatoris, qui quasi agnus dus



Quis ad victimam non aperuit os suum, sed clementer loquitur verberanti, si male locutus sum argue de malo, si autem bene, quid me cadis? Non Apostolo detrahimus, sed gloriam Domini prædicamus, qui in carne passus carnis injuriam superat & fragilitatem ut taceam illud quod commemorat. Alexander ærarius multa offendit, sed reddet illi Dominus in illâ die Justus Jdex. Hactenus ipse Hieronimus. In quibus verbis ipsis, nec uno tantum loco docet venialiter peccasse Paulum, & quid te quæso prohibet. Paulum aliquoties venialiter peccasse? Nonquid non confitemur omnes peccasse Petrum, etiam posteaquam non solum a Christo Spiritum insufflatus accepisset. Verum eodem Spiritu rursus post Ascensionem Christi fuisse afflatus & incessisse contra veritatem Evangelii? Quod si Petrus Apostolorum Princeps, ita bis afflatus, venialiter peccavit, cur Paulus qui neutri fuerat afflatui præsens, putari debet adversus peccatum fuisse confirmatus? Sed ais Hieronimum in eâ quæ est ad Palemonem, affirmare Paulum etiam cum hæc humilia scripserit Spiritu fuisse afflatum: quamquam istud illic ego non comperio. Lego tamen in istiusmodi epistolæ præmio, quid dicat adversus eos qui negant eam fuisse Pauli, inde per-motos, quod hospitii pro se parandi meminerit, valde inquit eos & simpliciter errare, si putent cibum emere, hospitium præparare, vestimenta conquirere esse peccatum. Istud in speciem pro te facit, & sententiæ tuæ favet. Sed adverte quid illico sequitur, & asserere ait a se fugari Spiritum Sanctum, si corpusculi pau-

*lisper necessitatibus inserviamus. Intelligis jam de quo peccati genere loquatur, nimirum de mortali, quo solo fugatur Spiritus ille Sanctus. Affirmat itaque manere Christum manereque Christi Spiritum in Paulo dum hæc humilia scripsisset, sed tamen interim ubi animum ab ipso fervore subduxerit, mentemque laxavit, ac cytharæ nervos remisit, eundem peccasse confitetur. Quod & fecisse Paulum autumat ut superius recensui, cum a cogitandis cælestibus mysteriis, ad penulæ sibi deportandæ curam deflexit animum. Et cum respondit Pontifici percutiet te Deus paries dealbate. Ac demum cum Alexandro fabro ærario fuerat imprecatus, Reddat illi Dominus iuxta facta sua. In his omnibus nihil Hieronimus dubitavit quin Cytharæ chordas laxavit Paulus, & more trabentis lembum adverso flumine manus remisit, & proinde retrolapsus quo non voluit ducebatur. Quod si Thomæ credendum potius censeas quam Hieronimo, audi quid ipse scripserit in Epistolâ ad 6. cap. 2. Omnes inquit Actus Apostolorum & motus fuerunt secundum instinctum Spiritus Sancti, verumtamen non multo post eodem capite sic ait, Post gratiam Spiritus Sancti nullo modo peccaverunt Apostoli mortaliter, & hoc donum habuerunt per potentiam divinam, quæ eos confirmaverat iuxta Psalmum. Ego confirmavi columnas ejus, peccaverunt tamen venialiter, & hoc fuit eis ex fragilitate humanâ. Vides ergo quod nihil obstat instinctus Spiritus, quin nihilominus peccare potuerunt venialiter.*

Bene

Bene valeas & fautorem te exhibeas precor nostris laboribus, quas Catholicæ veritatis zelo defendendos suscepimus. ....

## EX ROFFA.

Posteaquam hæ scriptæ fuerant & non occurrente tabellario, relegi tuas aliquanto diligentius, suspicor te voluisse dicere, Non peccare eum, qui cum in charitate sit, non secundum totam latitudinem caritatis operatur. Nam istud magis quadrat sententiæ, quæ contendis Paulum non peccasse, tu tamen assertive scripsisti, Thomam & Ægidium sentire quod is peccat qui dum in caritate est, non secundum totam latitudinem caritatis operatur. Quæ sententiæ non solum propter Latitudinem caritatis anceps est, verum etiam propter verbum, Peccare, nimirum an voluit eum peccare mortaliter, an venialiter, sed hoc te fallere potuit, cursim & festine scribentem, quid illi de totâ latitudine caritatis varie loquuntur. Distinguit enim Thomas duplicem in caritate perfectionis totalitatis. Lege Gabrielem 17. Disp. 3. & Gersonem in eo libello cui titulum fecit de perfectione cordis. In hoc conveniunt omnes, quod nemo sit qui non deficiat a primo gradu latitudinis caritatis, Cæterum quantum ad Paulum attinet, ego nusquam affirmo quod peccaverit, tantum exempli causa memoro, quod ante me Hieronimus de illo tradidit & affirmavit. Si Hieronimus erraverit, hoc alii viderint, Ego tantum, quæ

qua ille scripserit, in medium exempli gratia produxi, nec occurrebat ex alio quovis autore qui cum ipso comparandus, quod meas partes adversus Lutherum confirmaret magis. Nam ex instituto in eo Libro Hieronimus docet, neminem carere prorsus omni peccato, quanquam interdum opere aliquo non peccat, unde pro nostra parte solide colligitur contra Lutherum, non in omni opere bono peccatum esse. Quamobrem cum id testimonii nobis, ut vides, usque adeo necessarium sit, æquanimiter feras precor si non id ipsum oblitteremus aut e libello prorsus eradamus nostro. Maximas pro Addisono nostro tibi gratias agimus, cui quæso adsis in quibus poteris, potes autem in pluribus, & bene vale

EX ROFFA.

Nec hæcenus occurrebat quispiam cui meas ad te litteras perferendas traderem. Opinor eas nolle proficisci, ni primum abs me tuis votis plusculum satisfiat, Vide quantum propendeant in tuas partes, cum tamen hæcenus nihil omnino tecum necessitudinis habuerint. Plus ergo facturæ sunt ubi te penitus dinoverint, & aliquanto familiarius fuerint acceptæ. Libenter profecto vellem tibi satisfacere, si liceret, sed plane video si facerem quod suades totam argumentationem meam adversus Lutherum viribus destituendam. Cæterum istud saltem faciam, ubi collectionem ex Hieronimi verbis infero ad hunc modum: Erat ergo tempus quando mortaliter Peccavit Paulus & cætera,

huc

*huc intercalabo parenthesim hanc, (si Hieronimo credimus:) Atque ita fiet ut ego nusquam affirmem, peccasse Paulum & tamen Ratiocinatio nostra suum robur sibi servabit integerrimum. Jam tertio Vale.*

Tui visendi Cupidus

JOANNES ROFFENSIS.

Insigni Theologo  
D. Harmanno de  
Gouda Amico nostro  
carissimo.

Multum nobis mehercule, inquit Ill. Comes, es gratificatus hac tua prælectione vir eruditissime. Sed a peregrinis ad populares atque municipales tuos ut descendamus, dic mihi quæso quid de Cornelio Aurelio Goudano, Florentio Schoonhovio, Henrico de Gouda, Jacobo Goudano observasti? Quid novi de Petro Corn. Bokkenbergio, Reinerio Snoyo, Francisco Goudano habes nobiscum communicandum? nihilne Tibi de Cornelio Looiseio, Adriano Mangotio, Alberto Hermano, Cornelioque Schonæo innotuit? nihil, respondit, plane, uti nec de Joanne Francisco a Cortgena, Magdalo Jacobo, Theodorico Gerardo, Guilielmo a Gauda, Gerardo Stempelio, Hermanno Læthmatio, aliisque nostra ex urbe Gauda oriundis viris doctissimis.

mis. Quæ vero de iis sciri possunt, è Valerio Andrea aut Francisco Sweertio, quos, siquidem eruditorum numerum ita accurate recenseas, legisse mihi videmini, peti debebunt. Si quæ tamen essent hæctenus incognita, illa longiore meditatione in memoriam revocari deberent: me quod attinet, plane fateor numquam ad hoc studiorum genus animum studiose applicasse. Hisce itaque dictis assurreximus omnes ad cætera videnda *κειμήλια* descensuri. Equidem aio, Viri Nobilissimi finite me prius fodes, quam & Erasmus & Bibliothecam deseramus, vobis deplorare ac conqueri de injuria a Petro Gallandio illata summo Erasmo, quum in vita Petri Castellani §. VII. pag. 20. dicat eum in vulgatis solummodo Græcis autoribus fuisse versatum; in iis vero qui remotiores ab usu essent ita sæpe hæsitasse, ut aliorum doctorum ope in interpretandis locis non modo indigeret, sed etiam uteretur. Longe me hercle aliter de eo sensere Paulus Leopardus<sup>a</sup> & Franciscus Luifinus<sup>b</sup> cum se tantum virum Germaniæ invidere aperte confiteatur. Ita est, respondit Ephorus, sed de hisce alias latius. Laudabant præter Bibliothecam, pro urbis hujusce conditione satis bene præ multis aliarum civitatum instructam, Amplissimi Magistratus non tam liberalitatem quam quidem

<sup>a</sup> Emend. XII. 24.

<sup>b</sup> Sarcog. I. 13.

dem in studia liberaliora amorem quam ex me  
 audirent etiam hisce gravissimis & Musis ini-  
 micissimis temporibus adhuc tamen annum  
 stipendium, licet decurtatum valde, sine ali-  
 qua reluctatione conferri. Descensi ex ea offen-  
 dimus Nob. pictorem qui conspectu vitrorum  
 elegantissimis coloribus, nunc deperditis, de-  
 pictorum quasi inflammatus, ardebat amore at-  
 que desiderio gravissimo videndi ipsa authentica,  
 aut, illorum artis ut utar vocabulo, *origi-  
 nale* seu *principale*; quorum, postquam jocando  
 Cybiratarum fratrum artem exerceret<sup>a</sup> mo-  
 nuissim, adeundorum quam copia potestasque  
 nobis esset facta, spectatumque essemus admitti  
 omnes; vellem amicissime Sypesteni, vidisses  
 hominem præ lætitia exultantem, & omnia  
 admirationis signa gestusque mirabiliter expri-  
 mentem. Hic altissima voce imo clamore, bo-  
 ne Deus, quam pulcra, quam præclara hæc sunt,  
 vociferare, manus extendere in cælum, mox  
 dimittere, dimissasque complodere eum conspe-  
 xisses audivissesque. Hic Illustr. Comiti cete-  
 risque nobis adstantibus in expansis super ter-  
 ram tabulis, æquant enim, quæ in ipsis fene-  
 stris conspicitur, magnitudinem quo difficilior  
 existimatur ars, siquidem statim, quæ minus  
 proba sunt in conspectum prodeunt, cætero-  
 quin tot minutiarum congerie abscondi soli-  
 ta

<sup>a</sup> Cicero. Act. IV. in Verr. 6. 13.

ta teste van Mander<sup>a</sup>; hic dico ostendere eum vidisse accuratissime observatas artis regulas, *οκτωγεγραφίας & ερωγεγραμματα*<sup>b</sup>, illic inimitabiles ductus, alibi incredibili modo expressas vultuum argutias, capillorum elegantiam & oris venustatem, manus, pedes, singula denique lineamenta, omnia graphice ut cum Apuleio loquar liniata, ut eorum visu abreptus plane mutus obstupuerit. Sedato hoc, quem Ill. Comes mirabatur, & quodammodo ægre ferebat, impetu, mox rogat pictor quinam illarum tabularum essent artifices, ubinam eorum essent, quæ, si qui alii, merebantur monumenta & publicæ gratitudinis testimonia aut saltem epitaphia, cuiusmodi Gandavi in honorem Huberti, Brugis, in honorem Joannis Eyckiorum<sup>d</sup> exstiterent; quæ se non vidisse tunc non mirabatur, ubi ipsa opera quovis thesauro pretiosiora videret ita negligenter haberi, quæ dignissima essent oculis optimorum non tantum artificum, sed & Primorum, Principum Regumque, qui quoque, si ejusmodi *κειμήλια* possiderent, vel singulari aliquo splendidissimo ædificio seu templo, in quo suspenderentur ostenderenturque cuivis spectatori cupido, digna judicaret; ubi non minorem certe populi concursum conspiceres quam Gandavi in templo divi

<sup>a</sup> Nederl. Schild. fol. 127 & 163.      <sup>b</sup> Le Moyne ad Polycarp. pag. 511, 512.      <sup>c</sup> Van Mander Nederl. Schild. fol. 124.

<sup>d</sup> Van Mander Nederl. Schild. fol. 126.



divi Joannis, quum certis quibusdam festis diebus populo pateat conspicienda Joannis Eyckii tabula, visitur, qui tantus est teste van Mander<sup>a</sup>, ut adiri vix queat. Ego, ita me dii ament, de vita numquam meliores elegantioresque vidi tabellas, faciamque harum mentionem ubi in celeberrimum Collegium, quod ad exemplum Regum Primorumque regni Persarum<sup>b</sup> munificentia Christianissimi Gallorum Regis Ludovici XIV.<sup>c</sup> Romæ colligitur, & Florentiæ in aula Magni Hetruriæ Ducis<sup>d</sup>, olim liberalitate & favore Laurentii de Medicis institutum, cujus domus a multis retro seculis, eruditis non tantum, poëtis pictoribusque, sed quibusvis elegantioris industriæ viris & artificibus præbuit perfrugium, unde ceu olim Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam atque officina dicendi<sup>e</sup> patuisse dicatur, sic hæc aula non Hetruriæ, non Italiæ, non Europæ, verum totius orbis omnium artium officina quam verissime prædicatur, qua de domo, quia tot tantaque incredibilia, sicuti id omnes loquuntur homines, testantur libri, produnt lapides, ostendunt

G

dunt

<sup>a</sup> Van de Nederl. Schild. fol. 124. b. <sup>b</sup> Chardin Voyag. pag. 277. <sup>c</sup> Sam. Hoogstraten Inleyd. tot de Hooge school. der Schilderkonst. pag. 3. Notandum quoque & invictiss. illum Regem & eruditos & artifices in Germaniam ac Italiam mittere, quidvis quo Bibliotheca exornari possit incredibili pretio coëmmentes. *Mabillon. Mus. Italic. Tom. 1. p. 4.* <sup>d</sup> Van Mander Nederl. Schild. fol. 124. <sup>e</sup> Cicer. Brut. cap. 8. Orat. c. 13.

dunt picturæ, toreumata, & infinita *ἀναθηματα*, sic enim cum Salmasio<sup>a</sup> dico donaria in Illustrium virorum honorem suspensa, clamant ipsa secula, qua de domo inquam, quia tot sunt dicenda, satius mihi erit de ea tacere quam pauca dicere; At in illud itaque, mox memoratum collegium quum fuero admissus harum faciam mentionem, & si pretio possint comparari, Illustribus in Italia viris lubens lætusque id indicabo. Quod cum audirem, facile hæc concessero respondi, & nullus, cujuscumque demum volueris, artis vel paullo peritior artifex ignorat *domum* hanc omni laude majorum Principum, juxta præceptum<sup>b</sup> Jose Joazari F. semper fuisse *conventiculum sapientum* & *nutriculam ingeniorum*. In hac igitur aula si me audire, quæ fortean & vestra sententia, velitis, nullum prius convenire oportet Illustr. Antonio Magliabechio Cosmi III. Magnæ Hetruriæ Ducis a Bibliotheca atque consiliis, Viro juvenandis promovendisque literis earumque cultoribus nato qui vel solo suo exemplo maculam illam, quam Italicæ genti, ac si sua exteris invideret *καίμῃλια*, inussit clarissimus Rhodius<sup>c</sup> eluere potis est, ipsis testibus Viris celeberrimis Jacobo Gronovio,<sup>d</sup> & Joanne Mabillonio.

<sup>a</sup> Exercitat. Plinian. pag. 767.

<sup>b</sup> Drus. Apophth. l. pag. 5.

<sup>c</sup> Ep. ad Hofmann. in Spicileg. Richter. pag. 304.

<sup>d</sup> In

Dedicat. Supplement. lacunar. Arriani & Dion. Cassii.

nio<sup>a</sup>. At credite hoc mihi, <sup>b</sup> viri nobilissimi, cum  
 nulla unquam civitas tota Asia & Græcia, signum ul-  
 lum, tabulam pictam, ullum denique ornamentum urbis  
 sua voluntate cuiquam vendiderit; tanto minus il-  
 lud a Gaudanis velim expectetis, nondum Dei  
 gratia ad incitas redactis. Quid: Putetisne Cra-  
 bethios hosce civibus suis atque magistratui  
 Gaudano non ita gratos acceptosque fuisse  
 quam proximo sæculo pictorum decus Lucas  
 van Leyden S. P. Q. Leydenſi, quos elegantis-  
 simam ejus de summo judicio tabulam plurimis  
 regibus atque principibus, eam quovis pretio  
 redimere volentibus, humanissime licet, pror-  
 fus tamen denegasse constat<sup>c</sup>. Porro rogabat pi-  
 ctor, an præter Theodorum & Gualtherum  
 Crabethios nihil me docere aut demonstrare  
 potestis de aliis vestræ urbis pictoribus peritissi-  
 mis, quos enumerat Carél van Mander<sup>d</sup>, de Cor-  
 nelio utpote Gaudano,<sup>e</sup> nihil de Simone Jacobi,<sup>f</sup> aut  
 Cornelio Visschero,<sup>g</sup> Damiano,<sup>h</sup> Petro Pourbo,<sup>i</sup> nihil  
 prorsus de Cornelio Ketelio,<sup>k</sup> anno 1548. nato, o-  
 mnium mehercule, si vera narrat van Mander,  
 pictorum Coryphæo: quis enim unquam vi-  
 dit pictorem pollice, digitis sine instrumento

G 2

quo-

<sup>a</sup> Musæi Italic. T. 1. part 1. pag. 167. <sup>b</sup> Cic. in Varr. IV.  
<sup>c</sup> 55. <sup>c</sup> Van Mander Nederl. Schild. fol. 146. Vide & fol.  
 138. de tabula a Quintino Meſſys ab Antwerp. Philippo II. Hispan.  
 regi negata. <sup>d</sup> Van de Nederl. Schilderk. <sup>e</sup> Fol. 143. <sup>f</sup> l-  
 dem Ibid. <sup>g</sup> Id. Ibid. <sup>h</sup> Id. Fol. 162. <sup>i</sup> Id. Eel. 174.  
<sup>k</sup> Id. Fol. 190. ad 196.

quopiam ceram ducentem, atque ex argilla faciem humanam fingentem, aut, sine penicillo pigmentis pingentem delineantemque, ut hominis imaginem probe referat, quod si concedas, quamquam perrarum, mirari summo subit opere id sinistra (quamquam hoc de Joanne Holbenio constat,) peregrisse manu, &, quod omnem fidem superare videtur, an. 1599. utriusque pedis pollicibus & digitis hominum imagines & facies accuratissime delineasse atque expressisse; quod postquam vidisset quidam penicillorum confector, non in iucundo joco ipsi singulis manuum pedumque digitis clavum exoptavit. Censenda forent, fateor, hæc dubiæ fidei, aut saltem difficilimæ admillionis, si non ipsos, quos efformavit depinxitque homines, & penes quos hæc tabulæ aut imagines videri queant, copiosissimis verbis descripsisset. Tenuit insuper, ita enim continuabat sermonem, me sæpius magna, eaque quidem dudum, admiratio, quamobrem celeberrimorum, imo æternam famam merentium, Theodori & Gualtheri Crabethiorum non meminerit van Mander, quandoquidem & *Adriani Petri Crabeth*<sup>b</sup> & *Theodori Petri Crabeth*<sup>c</sup> vitrorum pictoris seu delineatoris, illo tempore viventis, forteque horum patris

<sup>a</sup> Van Mander in *zijn leven* fol. 145.

<sup>b</sup> Fol. 148.

<sup>c</sup> Fol.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 101  
 patris existentis, faciat mentionem; nisi quis  
 autemet eorum genus ignotum, vel illam  
 pingendi artem minoris tunc temporis fuisse  
 factam, quamquam summi & periti pictores  
 non tam ex colorandi, quam præcipuè quidem  
 ex delineandi arte debeant æstimari & hono-  
 rari, veluti id Cornelii Ketelii exemplo docet  
 doctissimus inter pictores<sup>a</sup> S. Hoogstraaten. Ju-  
 sta de causa hoc Te mirari, ajo arbitror, verum  
 defines si attendas van Mander non de encari-  
 stis, ut eos ita vocem (nostratibus *Glaschrij-  
 vers*) sed de pictoribus solummodo scribere  
 voluisse. Quod Genealogiam Crabethiorum  
 attinet hanc ut ingenue fatear, è Gaudanis re-  
 sciscere hæctenus non potui. Conjicio tamen,  
 siquidem licet, *Claudum Petrum* seu *Krepel Pie-  
 ter* qui *Adriani Petri Crabethi* pater a van Man-  
 der dicitur fuisse etiam parentem *Theodori* at-  
 que *Gualtheri* adeoque *Adrianum* horum fra-  
 trem fuisse: sententiam hanc firmo cum quod  
 Theodorus & Gualtherus etiam Petri filii vo-  
 citentur; tum quod temporum series hoc fa-  
 cile & ferat & suadeat. Theodorus autem Pe-  
 tri Crabeth, quem nominasse docet van Man-  
 der,<sup>b</sup> Cornelii Ketelii præceptor, is ipse est  
 ille artifex cujus in manu habes usque adeo a te  
 laudatam Tabulam. Movebatur porro a  
 pictore quæstio num hodie adhucdum exstaret

<sup>a</sup> Inleyd. tot de Hooge Schole der Schilder Konst pag. 235.  
<sup>b</sup> Fol. 120.

vera isthæc colorandorum vitrorum ars, an vero inter deperdita debeat recenseri. Respondit ei ephorus se unum aut alterum librum in Bibliotheca Paullina a V. Cl. Joachimo Felleto confecta observasse, quos artem illam contineri plurimi asserunt, quod & tu, me alloquens, inquit per literas, quoniam tibi cum eo literarum commercium intercedit, facile poteris resciscere. Promisi id oblata occasione me facturum. Laudabat etiam valde idem Ichnographiam spatiosissimi templi non minus quam Ædilium prudentiam; quæ tum longe majorem in modum extollebatur cum id ex veterum instituto atque consuetudine viri doctissimi Jani Gruteri verbis<sup>a</sup> & auctoritate adstrueret ephorus. Interea ad alia festinare Comitem cum observarem, confestim postulo num quid desideraret amplius? Respondit Ill. Comes, licet quis mihi vel gratissima proferat,<sup>b</sup>

*Non tamen æquabit mea gaudia; nec mihi, si quis  
Omnia Lucanæ donet pecuaria sylvæ*

*Grata magis fuerint, quam quæ spectamus in urbe.*

Visis itaque pro lubitu satis picturis ad forum, si quidem Encœnia celebrabantur, properamus. Inter ambulandum pictor, homo alacriore indole ac animo, minima quæque, quæ ex industria silico, perscrutans diligenter videt pue-  
ros

<sup>a</sup> In not. in Velleij. Patereul. LXXI. c. 26.  
VII. 16.

<sup>b</sup> Calpurn. Ecl.

ros æreis nummis trientibus nostratibus *Deuter* dictis, vario modo ludentes, (hi enim clausas divinaturis nummorum numerum sociis porrigebant manus: Illi in altum eos projicientes, alii annorum seriem investigantes, rogabant quid conjicitis; ) secum murmurat quid hæc sibi velint, hinc apud Batavos obtinent etiam ludi? Quod exaudiens Ephorus, quid quæris Domine, inquit, illi utique ludi quos miraris hic in usu esse, ante aliquot secula obtinere, quos si scire accuratius desideres, aut, è re tua esse quod putaris, quum quid ignoti videas rogata. Ex re tua esse ais respondit pictor, quid Poëtis aut pictoribus non potest prodesse, recte? habeto itaque hæc de mox interrogatis ludis, inquit Ephorus. Apud antiquos existisse eos certum est, priorem vocabant ἀγναζευ quemadmodum docet Suidas, <sup>a</sup> Pollux, <sup>b</sup> & longe pluribus testimoniis Meursius in peculiari *de Ludis Græcorum* libro. Alterum cum luderent lusum dicere erant soliti aut *caput* aut *navis* eo quod nummos ab una parte Saturni faciem ab altera navim referentes percuti jusserat Janus <sup>c</sup> ob causam ab eruditissimo Bocharto descriptam <sup>d</sup> & latius postea, si aurem vulseris, enarrandam. Accipio, inquit, sed dic sodes quid sibi velint sex illa aurea ut ita dicam mala,

G 4

quæ

<sup>a</sup> V. Α' πη. <sup>b</sup> L. IX. c. 7. <sup>c</sup> Macrob. 1. 7. <sup>d</sup> Phyl. leg. L. 1. c. 1. vide & Theod. Cantab. Var. Lect. 11. 23.

quæ funiculis seu potius catenis ferreis, e quibus coronæ dependent adhærere in omnibus fere templis vides; ornatus afferit causa. Ego negabam; verum hisce sex in brachiis candelabrorum confectos nodos de quibus Exod. xxv. exprimi atque figura & colore quadantenus indigitari mihi haud ita dudum persuasi, assensum quando Theologus eruditior mihi fuerit obviam factus rescisciturus. Ridere primo quamquam videbantur postea tamen sententiæ meæ omnino accessere. Ad forum ut veneramus magistro suo, inquit, Ill. Comes, quando quidem vos de ludis apud antiquos celeberrimis audierim colloquentes, non ingratum mihi erit, dum repuerascere aliquando etiam adultioribus detur, si, quæ hic obvia nobis sint futura, exposueris; an antiquis, quos stipitibus obtusiores fuisse multi hodie mordicus tuentur, illa fuerint cognita atque ex iis primum, quoniam objecta movent sensus testibus Philosophis, exigo an tentoria nobis *Kramen* & cupas, & vasa lignea Belgis *tonnen* vocitata antiquis in usu adeoque nota fuisse credas? Quid tu, suavissime comes, ita me alloquebar, ais? esse respondeo apud Plinium <sup>a</sup> locum qui non obscure illud indicare mihi saltem videtur, quem longe me eruditiorum subjicio peracri iudicio: *circa Alpes, ait, ligneis vasis (vinum*

sc.)

<sup>a</sup> Lib. xiv. 21.



sc.) *conduunt circulisque cingunt, atque etiam hyeme gelida ignibus rigorem arcent.* Ubi per circulos non nisi nostros *hoepen* intelligere possum; ut autem confirmem hanc opinionem dico, figuram videri posse apud Reinesium<sup>a</sup>, atque ita concidit illorum opinio qui veteres non nisi vinum in utribus custodisse arbitrantur. Tentoria autem priscis in usu fuisse nos docet eruditissimus Casaubonus<sup>b</sup> *sepe diximus*, ita sonant ejus, quæ jam adscribo, verba, *solitas olim, per solennes publicorum festorum aut panegyrium dies, extruunt quas vocabant Latini umbras, Græci οὐσάδας & οὐσάδας. Tabernacula erant in festæ urbis viis aut suburbanis locis compacta, excipiendis peregrinis, qui partim ad ludorum spectacula, partim ad mercimoniorum ineunda commercia undique concurrebant.* Ad portas, quia forum ob frequentissimum tentoriorum numerum, alias propter capacitatem & amplitudinem visu dignissimum, pergentes, retardabamur primum quod quidam coactor, quales *κρυπτῶν* vocabant Græci, ab immorigero & avaro institutore *μετρητὴν* id est, *res quod pro loco in foro mercibus vendendis solvebatur*, exigeret, unde tanta exoriebatur lis, ut in duellum seu *μαχίαν* pugnam, ni homines fuissent impedimento, abiissent. Mox paullo processus nos ab alio latere remoratur gratissimum ædopol multis adstantibus spe-

G 5

Etacu-

<sup>a</sup> Inscriptione 62. Class. xi.

<sup>b</sup> In Athen. Animadv. L. v.

<sup>c</sup> 6. pag. 343.

<sup>c</sup> Harpocrat. Lex. voc. cad.

<sup>d</sup> Meurs

Gloss. Gr. Barb. p. 340.

Saculum, certamen scilicet aut saltem jurgium  
 inter virginem ex hodierno prorsus more variis  
 vestibus atque ornamentis instructissimam, &  
 incultio rem rusticum casabundum ebrium, <sup>a</sup> ne-  
 scio quam ob causam exortum. In quod forte  
 fortuna oculos conjiciens minima quævis at-  
 tendere solitus, Illustr. Comes, en, inquit, duo  
 diversi plane generis atque naturæ *turrita*, ut  
 cum Hieronymo loquar, *capita*. Quo indicare  
 quid vellet mihi interroganti respondit: ecce,  
 quod alterum erat, rusticum acutum seu in co-  
 niformam deductum, quales Saliorum fuisse ex  
 Dionysio Halicarnassensi docet Junius, <sup>b</sup> juxta  
 non ita pridem abrogatum usum, gestantem pi-  
 leum, quem *καρχασιλιν* vocari e Galeno docet  
 Bartholomæus Eustathius <sup>c</sup>. Alterum erat,  
 virgo seu puella adultior animosiorque, ho-  
 diernum juxta novantiquum morem, larva  
 non veluti olim purpurea <sup>d</sup> verum nigerrima,  
 & nescio qua non altissima turri seu crista, ut  
 ita dicam exornata. Video, inquit Ephorus,  
 detestandum hunc & subsannatione atque irri-  
 sione seu mavis explosione dignum morem,  
 quo primum mihi persuadeo sese exornasse, &  
 hac flagitia admisisse quibus coacta & invita est vir-  
 ginitas, ut cum Tertulliano <sup>e</sup> loquar, aut sal-  
 tem

<sup>a</sup> Tum. Advers. L. 2. c. 29.    <sup>b</sup> Animad. L. 11. c. 6.    <sup>c</sup> Comma.  
 in Erot. Lexic. fol. 68.    <sup>d</sup> Rigalt. ad Onosand. Strazeg. p. 14.  
<sup>e</sup> De Veland. c. 14.

tem quæ digitis demonstrantium titillantur. De iis  
scitissime dixerit poeta

*Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipse.*

At certe nesciunt, aut nescire multo malunt,  
quod idem dicit Afer<sup>a</sup> ejusdem libidinis esse videri  
& videre. sed quia turrata hæc capita cum Hie-  
ronymo aptissime vocavit Comes ill. putem è  
re nostra fore, quum domum fuerimus rever-  
si, locum Cl. Junii respicere quo meridiana  
luce clarius intelligere erit etiam olim hunc  
morem obtinuisse. Ita est, inquit. Vir gra-  
vissime, verum nosti me longe in scriptoribus  
tam antiquis quam recentioribus versatior,  
hunc morem seu ritum, instar aliarum rerum  
sublunarium, modo interire modo renasci,  
quod dilucide ex Meyero Annalium Flandriæ  
scriptore, libro supra decimum sexto ad An-  
num Mccccxxviii. colligi posse puto, quo  
similis ornatus in observatione fuisse videtur,  
& quidem adeo frequenti ut Thomas Cone-  
cta, gente Brito, in eum non modo concio-  
nes habuerit verum pueros, ut detraherent  
mulieribus, concitaverit. Forte desiderabis  
ipsa illius verba relegere, quæ, quoniam in  
gratiam amici cujusdam qui me, ut hunc  
Meyeri & Junii locum describerem vehemen-  
ter rogavit, in hanc scedulam conjeci, commo-  
de legenda Tibi tradere sum potis; & deprom-

pta

<sup>a</sup> Ibid. c. 2.

pta charta viro Clar. exhibui. Is amore atque admiratione ductus hominumque transcurrentium turbam parvi pendens in platea, non aliter ac si epistolam accepisset, perlegere ex templo inchoavit.

MEYERUS Annal. Flandriæ  
Lib. XVI. pag. 310.

„ Interea frater Thomas Conecta gente  
 „ Brito , ordine Carmelita , maxima populi  
 „ admiratione , favore & concursu , sacras ha-  
 „ bet conciones Cameraci , Tornaci , Atre-  
 „ bati , Samarobrigæ , in Pontaco , Tarvan-  
 „ næ aliisque locis , ita ut sæpius in una haberet  
 „ concione circum se XVI. aut viginti millia ho-  
 „ minum , quod vix videtur credibile , fune-  
 „ que tenso viros à mulieribus discesceret.  
 „ Gravissime autem invectus est in velamina  
 „ illa sceminarum , quæ turrita eo tempore  
 „ super capita gestabant , sic ut in tanto mor-  
 „ talium numero ne una quidem sic ornata  
 „ convenire sit ausa ad ejus conciones. Inci-  
 „ tabat enim pueros ut turres illas de capitibus  
 „ quarumcumque detraherent , illasque con-  
 „ viciis incesferent.

## JUNIUS Commentar. de Coma cap. VII.

„ Est & damnandus vetus fasciarum ( ἀνα-  
 „ δεσμὰς vocant ) usus fœminis receptus olim  
 „ in fastigando, & crinem aggestum ( quem  
 „ ἀεικεφάλαιαν dicunt illi ) in turrim quodam  
 „ modo aut metam primore in capitis parte ex-  
 „ struendo : cujusmodi structuram Tutulum  
 „ vocari auctor est Sex. Pompejus & de lingua  
 „ Latina Varro, eo quod tutissima in arce capi-  
 „ tis, aut tuendi capilli gratia fieret: de qua ele-  
 „ ganter Papinius in Violantillæ Epithalamio

„ *Celsæ procul aspice frontis honores,*

„ *Suggestumque comæ.*

„ Et paullo clarius Junius Juvenalis ubi fœmi-  
 „ nas perstringat, quod ea ope proceritati  
 „ adminiculum quærerent. Sat. VI.

„ *Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum*

„ *Ædificat caput, Andromachen a fronte videbis,*

„ *Post minor est.*

„ Notavit istud erudite Nazianzenus Grego-  
 „ rius, mulieres cincinnos in modum turris  
 „ aggerentes taxans eo versiculo

„ *Μὴ κεφαλὰς πύργῳ τε νόθῳις πλοκάμοις γυναικες*

„ *Nec caput ædifices ascito fœmina crine.*

„ Qu. quoque Septimius libro de fœminarum  
 „ cultu c. 7. docte idem exsequitur his verbis:

„ *Præ-*

Præterea nescio quas enormitates sutilium & texti-  
 lium capillamentorum, nunc in galeri modum, qua-  
 si vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in  
 cervicem retro suggestum.

Quibus festinanter perlectis video hæc vere  
 a variis scriptoribus capita dici turrita, sed  
 hisce nundinarum festis diebus longe meo ar-  
 bitrio elegantius *capita nundinaria* eodem au-  
 ctore, inquit, dixeris, quia *ostentatitiam vir-*  
*ginitatem* nuda fronte ostentant, & venum cor-  
 pus quasi exponunt, quod *sub nomine virginali*  
*vendibilius perire* dixit Hieronymus. Miror  
 valde, subjungit pictor, quod non potius ex  
 eodem patre, quo delectari vos valde video,  
 Tertulliano non proferatis quod nuper e Theo-  
 logo quodam apposite perquam in concione  
 allegatum audivi, *totum caput mulier est*. Præ-  
 terea cum sitis adeo rigidi in adolescentulas ju-  
 venes censores, nihil producatis de auriurn  
*ciatricibus & cavernis*, e quibus grana pretiosa de-  
 pendent gravia etsi non suo pondere, mercium quanti-  
 tate. Itane, respondeo, persuades Tibi virgi-  
 nes nostras instar Æthiopicarum omnes gem-  
 mas margaritalque penitus ignorare, ac ne-  
 gligere; sunt profecto illæ longe sapientiores,  
 quam ut stultam Habassinorum sequantur opi-  
 nionem

a De Veland. Virgin. c. 3.

b De servand. Virgin. ad Deme-

tr. c De Veland. Virgin. cap. 17.

d Cyprian. de Habit

Virg.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. III.  
nionem, quos mirari ajunt nostros earum cau-  
sa nummos solere expendere<sup>a</sup>. Miror etiam,  
pergebat pictor, vos de genarum fuce, annulis,  
vestibus variegatis, tunicarum fimbriis ve-  
stratibus Italica voce *Frangia*<sup>b</sup> dictis, multif-  
que aliis ornamentis quæ virginem non or-  
nant, uti Ovidius

— *Gemmis auroque teguntur*

*Omnia, pars minima est ipsa puella sui*  
sed ipsam constituunt, nihil prorsus dicere;  
& quod summum est de plane inconvenienti  
ac potius deformante quam condecorante hoc  
cultu; quare si mihi ejusmodi puellæ essent fa-  
miliariores ego speculum Goereänum<sup>c</sup> ipsis  
exhiberem in quo viderent, „hoe het bykomt  
„dat een en deselve Hulsels, en hoofd en hals  
„cieraden, d'een mensch vergoelijkt, en d'an-  
„der mismaakt: namelijk wanneer in die toc-  
„passing geen opzicht op de welvoegzaamheid  
„en verscheydenheid der onderwerpen geno-  
„men werd. En derhalven dwalen sommige  
„Juffrouwen seer, welke de Mode sonder  
„omsichtigheid naavolgen, en meenen dat al  
„wat een ander welstaat, dat het haar ook  
„verfrajen sal; daar het dikwils verre mis ge-  
„taft is: en sy souden sulx ook genceg tussen  
„de spiegel en de hulmand gewaar worden,  
„so

<sup>a</sup> Job. Ludolf. Histor. Æth. L. 1. c. 7.      <sup>b</sup> Ferrar. de Re Vest.  
<sup>c</sup> L. 1. c. 2.      <sup>c</sup> Goete Mensch kund. pag. 29.

„so de drift om de Mode te volgen, en niet  
 „minder dan Peete Baefje, of Peete Geefje, of  
 „Juff. Dings, of een ander te zijn, haar niet  
 „blind gemaakt hadde.

Ad hæc subridens Illustr. Comes rogat pi-  
 ctorem, num; quæ mulieres cubitum petentes  
 soleant tractare hocce capillitium, novisset; ille  
 negabat. Itidem & rogatus Ephorus qui sub-  
 jungebat se non posse credere illas imitari fæ-  
 minas Habassinorum, quæ ne cæsariem suam,  
 non oleis, unguentis, balsamisque odoriferis  
 solum sed etiam butyro inunctam, perturbent  
 aut comprimant, furcæ cervicalis loco, teste  
 Clar. Jobo Ludolfo<sup>a</sup> collum inserunt. Hæc-  
 nus quidem satis de mulierum, ajebat Ill. Co-  
 mes, egimus contortis & in cristam erectis ca-  
 pillis; nunc autem doceri valde desidero num-  
 quid de virorum capillamento, quod nos ver-  
 bo Gallico *une parruque* solemus vocare apud an-  
 tiquos inveniatur. Respondit Ephorus se a-  
 pud Jacobum Pontanum in Atticis Bellariis<sup>b</sup>  
 observasse locum e Tertulliani libro de cultu  
 fæminarum, quem mox a Junio allegatum  
 legerat, productum quo hoc asserere anniti-  
 tur. recte, ajo, Vir doctissime, sed hæc Pon-  
 tanus verbotenus è Casauboni Animadversio-  
 nibus ad Sueton. pag. 295. descripsit qui idem  
 pag. 234. *Gallericulum* hoc vocari docet. Hæc  
 ita

<sup>a</sup> Histor. Æth. 1v. 4.

<sup>b</sup> Part. I. pag. 232.



tamen videtur maxime verisimile, si modo, quæ de capillamento scripserit criticorum lux Casaubono dictus Adrianus Turnæbus, recte riteque perceperim. Tum pictor, ignosce quæso, inquit, vir amicissime, si qua leviora vilioraque è transeunte populo audita, mihi equidem plane incognita, a te requiram paullo, quam forte par est, liberius diligentiusque.

*Incipe, dico, siquid habes, in me mora non erit ulla.*

Audivi, inquit, mox nos transeuntem feminam quampiam comitem suam interrogantem num proximo solis die apud cognatam *baad wesen vanden*? quod verbum me nunquam audivisse memini aut legisse. Ita nec ego subiciebat Ephorus. Facile id, aiebam, crediderim nam priusquam hic fueram per aliquot menses commoratus ne ipse quidem intellexi, quandoquidem illud verbum Gaudanis videtur plane proprium, quo significant se puerperas, cum valetudo id ferat firmior, *invisere*. Quæsi vi dudum ex incolis originem, qui sese id nescire ingenue confitebantur: evolvi resciscendi cupidus multa dictionaria incassum donec tandem incidi in *Thesaurum linguæ Teutonicæ* a Christophoro Plantino quondam editum in quo *inveni Vanden, besøeken, G. visiter Lat. visitare, invisere. De Kranken vanden G. visiter les malades.*

H

Lat.

Lat. *visitare infirmos*. Unde jam discere est quam pessime quidam Gymnasiarchæ aliique linguæ, ut sibi persuadent, magistri, consulant juventuti, qui thesauros illos, dictionaria vulgo dictos, antiquos Belgicos tamquam inutiles vanosque rejiciant, inscii, quod unum cum illis Linguæ Belgicæ antiquitatem, splendorem abjiciant, atque a multis, præcipue Poëtis quæsitam maxime tollant copiam. Evolvi tamen aliquando mecum nonne potius a verbo *Vanno*, vel *vannuo*, aut *vannio*, quod est vannu seu cribro paleas è tritico expellere, quod Græci λικνίζειν, unde & λίκνον & λείκνον *vannus*, *cribrum*, *cunæ*, *incunabulum*, deducatur. juvat Papias: *vannus* inquit *instrumentum de vimine factum in modum scuti*, atque iis infantes imposuisse antiquos dilucido ex Callimacchi hymno, i. producto loco probat in hisce antiquitatibus versatissimus Casparus Bartholinus, <sup>a</sup> qui utinam ut promissum de *Puerperio veterum* opus desideratissimum edat posset amicorum adhortationibus precibusque impelli. Fulcit nostram opinionem Isaacus Casaubonus, <sup>b</sup> cujus vitam atque elogia, brevi Deo volente dabimus, quum Gallicam vocem *Berseau*, quasi βερσαιε, item *bresser* seu *berfer* quod est cunas movere elegantissime eodem Græco è fonte deducat, quæ priora si admi-

feris

<sup>a</sup> De puerp. Veter. pag. 103.

<sup>b</sup> Ad Strabon. Geogr. L. 1.

feris quam facillime ex *vannen*, *wannen* nostrum *vanden*, id est cunas movere, quod etiam illarum scopus dicitur, deprompseris. Hæc ita pertractantes portam jam modo egressi magnam feriantium puerorum conspiciamus turbam, quorum hi se invicem humeris & dorso, haud aliter ac si marones aut cameli homines quos in Cinisii monte vidit Clar. Mabilionius essent, portabant; alii trocho ludebant jaculatorio, alii flagello ex anguillæ pelle confecto majores propellebant turbines de quibus proluxior est Clar. Meursius: <sup>b</sup> alii vero, uti hoc obtinere solet, alios ludebant lusus quos examinatuos nos impedit Ill. Comes dicendo, hic gratissimis sub tiliarum umbris, ubi <sup>c</sup>

*Volucres patulis residentes dulcia ramis*

*Carmina per varios edunt resonantia cantus.*

parumper ambulemus, & quum eundi spatium satis justum cum sermone consumpserimus, eandem emensi viam rursus versis vestigiis, teramus, audituri libentissime quid de tam amœno flumine cujus

— <sup>d</sup> *liquido pede labitur unda*

resciveris. Non enim mihi persuadere possum, hunc, quem videmus fluvium Iselam, eundem esse quem pontorio, navigii genus <sup>e</sup> un-

H 2

de

<sup>a</sup> Musei Italic. p. 6. Buleng. de Lud. Vet. c. 25. <sup>b</sup> De Lud. Græc. <sup>c</sup> Virgil. Culex. p. 5. <sup>d</sup> Virgil. Culex. 7. 17. <sup>e</sup> Isidor. Orig. xviii. 1.

de vestrum verbum *een pont* deductum videtur, transivimus *Does* seu rectius *Droesburgi*; cujus cursum septentrionem versus memini me observare. Ille Ill. Comes, dicebat Ephorus, quantum ex literarum ductu colligo non *Isela*, quemadmodum hic præfens, sed *Isala* a *Sala*, uti id optime observarunt Cluverius, aliique; & *fossa Drusiana* vocatur hodie, sed perperam, quum solum illa pars, quæ inter *Doesburgum* & *Hussenum* interjacet, siquidem jussu & mandato *Drusii* effossa est, *fossa Drusiana* demum nominari debeat. Rectissime id observatum ajebam; hujus enim fluvii *Iselæ*, a Nobilissimo *Hugenio* adeo <sup>a</sup> laudati, quem plurimi præpostere cum *Isala* confundunt, caput hodie propemodum nescitur, ita abolevit vetustas alveum, ut, ubi olim fuit <sup>b</sup>.

— *sterilis palus aptaque remis*

Jam exsiccata

*vicinas urbes alit & grave sentit aratrum.*

Hic autem *Isela* fluvius quando originem sumserit, ne apud cives, nedum autores, liquido constat, veluti nec an effossus sit an spontaneo aquarum productus cursu: effossium putat *wan Leeuwen* <sup>b</sup> ut tamquam alterum *Leccæ* brachium uberrime profluentes *Rheni* aquas in mare deduceret, sed ejus rationes, quibus id astruc-

<sup>a</sup> xxx. Boek pag. 189. Stede stemm.

<sup>b</sup> Horat. A. P. c. 24.

24v. Illustr. pag.

astruere allaborat, alio loco examinabimus; nunc solummodo ob temporis brevitatem, quid alii sentiant exposituri. Sunt, quamquam memoretur jam modo Isela anno 1070, qui verisimilius se hunc fluvium referre autumant ad annum 1235 vel 1236. quando quidem Florentius I V. Comes XIV. Hollandiæ in fratris sui Othonis (anno 1233. creati XXXVI. Episcop. Ultrajectini) gratiam aggerem confici jussit a celebri pago Amerongen ad urbem Schoonhoviam, quod melius interpretabere Iselæ ostium, a quo tempore Isela amnis tam vastis altisque, uti vides, vallibus & aggeribus creditur arctatus & inclusus, hocque demum tempore exortus. Qui ad paullo seriora eum deducunt tempora, remansisse rentur ex inundatione quæ media æstate contigit a. 1322. quo tempore precibus Guillelmi Comitis cœnobiorum Priores, urbium Proceres, nobilium Primores convocati, constituere, ut aggeres longe altiores latioresque redderentur, ne in posterum tanta fieret & adeo perniciofa inundatio. Multo vero minus fidem mereri videntur, qui sibi persuaserunt ex inundatione anno 1374. productum esse, quando Ultrajectini canalem illum è pago Vreeswijk nunc vulgo de Vaart effodi, & cataractas strui jusserunt. Quid! concidunt hæc

H 3

omnia

a Goudhoeve Chron. p. 304.

b Goudh. Chron. pag. 369.

omnia si autoribus Theatri urbium fidem adhibeas, qui a. 1296. consensu Joannis Nassovii Episcopi Trajectensis & Comitis Florentii V. mole obstructum & aggeribus clausum referunt. Sic ut videtis me hanc litem non posse dirimere, at e contra jure potius cum civibus dolere hanc pene dixeram exitialem Gaudanis civibus obstructionem, qua, cessante jam assiduo aquarum descensu, stagnantes aquæ omnem deponunt limum, quo ita exsiccat, navigabilis quondam, amnis, ut vix dum urbis limites egresso spectatori plane rivulus videatur: Id quum jam anno 1506. animadvertisset Amplissimus Senatus Gaudanus a Præpotentibus Hollandiæ Ordinibus libello supplice rogarunt liceret ipsis, in quantum posset, prospicere, & occurrere imminenti malo, quod an unquam eo, quam quidam optarant, factum sit successu vel nobis tacentibus res ipsa aperte loquitur, & etiam nunc, si unquam alias, ægri ad instar graviter decumbentis, medicam implorat manum. Observo id mirabundus, inquit, Ill. Comes: Verum cum Iselam usque adeo laudari ab Hugenio Poëtarum Belgarum celeberrimo aliquando audivi peto a Te velis, si numeros verbaque memineras, nobis recites. Possum, respondeo Ill. Comes, ast eo carmine non ille flumen amenissimum, sed eo nomine gloriantem inducis

**T**HEOLOGICO PHILOGICÆ. 119  
ducit ipsam urbem : tanto ait melius, forte  
enim breviter ortum incrementumque si non  
fatum, una enarrabit. Sic est dico & simul inci-  
pio<sup>a</sup>

*Mijn' Gouwe voert meer Gouds , mijn' Yffel meer  
gewins*

*Dan Tagus gulde grond ter borse van sijn' Prins.*

*'K heb meer van hun te bat , doen mijn'<sup>b</sup> gebeurstat  
branden ,*

*En bayden in haer bloed haer' moordenaren banden,*

*Ontswom ik hun geweld, en duykten in mijn' Gouw,*

*En kroop mijn' Yffeldiept' ten hals toe in de mouw.*

*Spijt Spangnen dan, ik sta: ook sonder d'oude muuren*

*Van't Casteleyns gebied. Wie sijt Gy mijner Buuren*

*Die door den neus noch spreekt , en my't gebrek ver-  
wijt ?*

*Ik segge 't mijnem roem', 'k ben Brill en brillen quyt.*

Hoc se summopere oblectatos cum lubentissi-  
me faterentur, non minus jucundum doctum-  
que, ineditum hactenus Petri Scriverii, Viri  
laudatissimi, epigramma, quod ab nepote e-  
jus cognomine Viro Consultiss. mihi deprom-  
psit amicus meus M. Gargonius, doctissimus  
Theologus, me iis relaturum promissi, faciles  
ubi præbere vellent aures. Accipiunt conditio-  
nem, unaque adhortantur. Ego igitur

*Sanguinis Hollandi Procères simul urbis & arcis*

*Auctores possem Gauda referre tuos ;*

H 4

B/2

<sup>a</sup> C. Huygens pag. 130.

<sup>b</sup> Oudewater.

Blestiacos possem Comites, cineresque beatos,  
 Publica Marmoreo quos tegit urna Sinu:  
 Has possem exequias: prægressaque tempora longe,  
 Cum pius in pretio Catzius esset eques.  
 Cum vicina tibi princeps concederet arva  
 Allueretque tuos Isala vasta lares.  
 Possem ædes sacras, molemque extollere templi  
 Hortosque, & læti jugera multa soli,  
 Possem Mercatus, Portoria, pristina jura;  
 Sic ut Moerdrecht nulla fuisse putes.  
 Æmula Leidanis possem velamina telis,  
 Possem & Appellæa stamina texta manu.  
 Sed neque textores, nec opes, neque cætera curo;  
 Inclyta doctorum nomina pluris erunt.  
 In quibus à patrio dictus Cornelius Aura  
 Clarus Apollineis, Cæsare dante comis.  
 Quique Palatinas quondam illustrabat Athenas  
 Henricus, Sacri gloria prima chori.  
 In quibus æterni Cultor Guiljelmus Erasmi,  
 Ille inquam Hermannus, Gauda, Poëta turis.  
 In quibus & Snojus quo Consule Brassica Gaudet  
 Patriciusque sui civis adorat opus.  
 Burgundus Medicum, Legatum Scotia vidit;  
 Historicum Batavi: cætera turba Sophum.  
 Hoc unum doleo, fædis erroribus ausum  
 Historiam patriæ commaculare suæ.  
 Adde quod hæc Tragoras non corrigit, indice vero,  
 Omnia sed Lernis turbidiora facit.  
 Sed quo, quo raperis Scriveri candidè? credas  
 Parcini



*Parcius hæc doctis objicienda viris.*

*Hæc fanti assistit Cythereia mater, aitque*

*An nescis lusus delitiasque meas?*

*Quæ septemgemino sit Margaris edita monte,*

*Nescis Hollando quæ Dea nata solo?*

*Vulnificos nescis oculos, & dulce venenum,*

*Blanda quod Eutrapeli circuit ora mei?*

*Diu quidem inoffensus nostris fuit ille sagittis;*

*Margaridis tandem captus amore sue,*

*Succubuit puero: Domine nec turpe putavit*

*Vincula in ingenuo pectore serua pati.*

*Quid iuvat austeri flammæ prohibere parentes,*

*Provenit heu cæco majus ab igne malum.*

*Tunc furta, & taciti meditantur gaudia lecti;*

*Non permissus amor fanda, nefanda patrat.*

*Sic Roterodamum Gaudâ iuvat ire relicta*

*Sic tuus externa natus Erasmus humo;*

*Gauda tuus: sed quem totus desiderat Orbis,*

*Varronemque suum quem pia Roma vocat.*

*Verum aliâ heic sacrâ dignissima nomina Cedro*

*Plura licet poteram non meliora darem.*

*Unice tu Schonæ veni, rede vive Terenti;*

*O quantum est uti munere posse Dei!*

*Ufus tam pulcro nisi præceptore fuisset,*

*Non farveat numeris pulcer Apollo meis.*

*Hiscæ a me dictis accessit ad nos, qui paullo ulterius recesserat, mirandum in modum ad quasvis minutias attendens pictor, inquit, dum a vobis abfui fluvii hujusce amœnissimum se-*

quens tractum, duo quæ doceri cupio, obser-  
vavi; primum quis lusus sit iste quo pueri lapi-  
lis stringentibus aquarum dorsum possunt coar-  
ctatum adeo subito, quod valde miror, flumen  
trajicere, alterum, quod audierim pueros se  
invicem sibilis atque calumniis profcidentes,  
altissima voce clamare *Oscitator Gaudamus*, quod  
percipiens risum certe vix compescui, quo ma-  
gis resciscendi explicationem desiderium hospi-  
tibus comitibusque meis adaugebatur; mox di-  
cam, respondi, interim dum me colligam lu-  
sum tibi lubense exposuerit Clar. Ephorus. Hic  
vocalur, inquit, Græcis *ἰσκιτωρ* & a va-  
riis describitur uti ex notis *Heraldi* & *Ouzelii*  
ad *Minucium Felicem* discere est. Ego solum-  
modo illius, quod jam ad manum est, (produ-  
cebat namque editionem *Leydentem* 1645.  
quæ forma est minori, è sacco,) verba ipsa præ-  
legam. *Quum ad id loci ventum est, ubi subductæ na-  
viculæ substratis roboribus, a terrena labe suspensæ qui-  
escebant, pueros videmus certatim gestientes, testarum  
in mare jaculationibus ludere. Is lusus est testam teretem  
jactatione fluctuum levigatam, legere de litore: eam  
testam plano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum,  
atque humilem, quantum potest, super undas inrotare:  
ut illud jaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret,  
dum leni impetu labitur, vel, summis fluctibus tonsis e-  
micaret, emergeret, dum assiduo saltu sublevatur.* Is se

*in pueris victorem ferebat, cuius testa & procur-  
 ret longius & frequentius exsileret. Jam Tu, lecto  
 hoc Octavii loco, inquit, curiosus etiam red-  
 ditus Ill. Comes quid nobis de Oscitatoribus Gau-  
 danis? Ajunt, respondeo, dicaces homines,  
 Gaudanos Oscitatores, a mytulorum oscita-  
 tione, ita denominatos, qui ubi hiant satis  
 cocti demum juste habentur, fortean quod  
 incolæ plurimum eo cibo putent delectari.  
 At veram ipsi, qui projiciunt, nesciunt cau-  
 sam aut originem. Ego, si verum sit, quod  
 utique adhuc restat affirmandum, illis hoc vi-  
 tium præ cæteris hominibus esse usitatus aut  
 magis, ut ita dicam proprium, primo causam  
 reddam, qua se tueri queant, justissimam:  
 dein docebo hoc vicinis olim hoc attributum,  
 si quod est, convitium. Audivistis non tan-  
 tum, sed præsentem conspexistis obambulantes  
 urbem, & sin minus, attendite videbitis mox  
 ipso in introitu, licet ob encoenia hodie rarius,  
 fœminas pectendo lino, viros carminando  
 cannabino, conficiendis restibus, dicato  
 ut plurimum victum & amictum quæritare;  
 quo præ tenui excusso pælearum pulvere ita  
 obducuntur, quem continua inspiratione in pul-  
 mones attrahunt, ut, ne eo suffocentur, ore  
 hiante atque patulo non minus quam naribus  
 animam trahere cogantur, quapropter asth-  
 ma & tussis apud illos non infrequens morbus  
 est.*

est. Non immunes sunt rotam agentes pueri, cæterique huic laborum generi vacantes cuiusvis sexus homines. Si figulos, qui etiam multi reperiuntur, quis respiciat, observabit & illos impurissimos ob halitus ore patulo spiritum ducere, ut taceam de ceteris hominibus laborumque generibus, quos ipsi facile animadvertetis: quapropter injurios putem esse vicinos, qui hujus urbis incolas ea calumnia prosequantur. Quid, si Oscitatores sunt vocandi, qui ubi aliquid insolens & inopinatum eveniat, hiulco aspiciant ore, reges jam olim Oscitatorum nomen fuerint meriti. Sic enim apud Esdram<sup>a</sup> secundus illorum juvenum, mulieres laudans *omnia*, inquit, *illa omittentes in eam intendunt defixis oculis inbiantes ei, & eam magis apprehendunt quam aurum & argentum, & rem quamlibet pretiosam.* & versu 31. *Atque hæc cum fiunt, rex aperto ore intuetur eam.* Sed vicinis id jam olim objectum dixeram me ostensurum; en itaque ipsum antiquitatum indagatorem antiquum Junium<sup>b</sup> Oudewateranis hæc attribuentem. *Cives falso dictorio incessuntur a vicinis & audiunt somniculosi, quod natum intelligo ex attentiore cura, ac (si fas dictu est) præpostera quadam diligentia circa rem familiarem, quam ipsi parsimoniam & frugalitatem nominant, quasi ejus studio in medios dies cum Horatianis pueris somnum extrahant: sed immerito*

a L. III. c. 14. 12.

b Batav. cap. XVII. pag. 293.

suo verberari eos scommate arbitror a vicinis, quorum  
 solet invidus esse oculus juxta parœmiam Alciphronis.  
 Hinc natum & illud arbitror dicterium. Cives  
 de Ouderwatria stertunt in medium diem parsimonie  
 gratia<sup>a</sup> uti olim, ut famem falleret, calculos  
 & tesseras reperisse dicitur Palamedes. Quæ si  
 accuratius inspicias docent clare ipsis oscitato-  
 rum nomen convenire; quinam enim magis o-  
 scitare solent atque hiando pandiculare quam  
 somniculosi, aut ex somno altiore expergefacti  
 dormitanti, uti quendam vocabat divus Hiero-  
 nymus. Hoc sermone recreati via nos deduce-  
 bat in urbem; quam accedentes quis, inquit,  
 Ill. Comes iste quem auribus percipio strepitus  
 est. Hunc respondet Ephorus, excitant pueri,  
 quum folium tiliæ duobus sinistrae manus in or-  
 bem contortis digitis impositum dextra percu-  
 tiendo confringunt, qui lusus *πλατυγίζειν* Græ-  
 cis dicitur, nobis describitur a doctissimo Meur-  
 sio<sup>b</sup> Descensu in aream quæ portæ præjacet, ma-  
 gna puerorum turba conspiciebatur, quorum  
 ludis ob varietatem tum morum indolumque  
 diversitatem mire delectabatur Ill. Comes. Hi  
 enim uno pede saltabant, quod *ἀσπολιασμός* vo-  
 catur<sup>c</sup>, alii aviculas funi alligatas pseudo-libe-  
 rum iis permittere videbantur avolatum, *μελό-  
 λονθλα*<sup>d</sup> vocant. Alii glandes talosque in foveam  
 pro-

<sup>a</sup> Buleng. de Lud. Græc c. 1.

<sup>b</sup> De Lud. Græc pag. 54

<sup>c</sup> Meurs. p. 5. Bulenger. de Lud. Vet. c. 23

<sup>d</sup> Meurs. p. 42.

projiciebant, qui <sup>ῥόπτε</sup> vocatur ludus<sup>a</sup>, alii aliud agebant, quibus recreati, latrante jam modo stomacho domum nos recta contulimus, a meridie statuti alterum urbis latus, quod Rotterodamum spectat, etiam lustrare.

A pastu vero, quum paulo me festinasset, ne in præstandis implendisque hospitalitatis officiis viderer negligentior, adiens hoc suave non minus quam gratum consortium, offendo antefores diversorii deambulantiem Ill. Comitis Ephorum, è quo ubi Ill. Comes esset nosterque pictor, diligenter requiro, ille subridens, inquit, mox quos quæris aderunt. Scio agebam, quid agant, Ill. Comes more multarum gentium<sup>a</sup> præcipue Orientalium, in grabato nobis *rustbank* dicto, qualia *ἰμβεῖρια* olim nominata fuisse eleganter docet Casaubonus<sup>b</sup> meridionatur. Pictor autem nonne & ille convenit *Brizonem* deam? A qua ambo refecti ad ambulandum erunt alacriores? Verissime respondit Ephorus, sed quia & hora & cæli serenitas, ceteraque videndi ardens cupido nos invitent, jubebo an evigilarint irivisum, ac mox dimisso servo me cogit intrare, tam diu, donec paratus esset Ill. Comes, moraturus. Interea dum expectamus prorsus profecto exinopinato Amplissimus ac Consultissimus NN. meus amicus,

<sup>a</sup> Meurs. p. 61. Bulenger de Lud. Vet. cap. 53. ad Catull. pag. 79.

<sup>c</sup> Exerc. Advers. Baron. pag. 57.

<sup>b</sup> Vossius

eus, est ille ex numero uti scis illorum quorum  
 familiaritate gaudeo, & libens & frequenter,  
 ipse, non solum Græcas Latinasque literas  
 valde doctus verum etiam quod doctrina-  
 rum bonarumque artium est peramans, uti o-  
 mnium, quos earum cultores novit diligentis-  
 simos, forte quod vel de hisce quidpiam inau-  
 diverat vel me cum iis obambulantiem viderat,  
 mittit servum suum ut cum antiquis loquar *vo-*  
*catores* qui ad cœnam nos omnes una heri sui  
 nomine quam humanissime vocat. Quod  
 quum Ill. Comiti indicarem humanissime me-  
 cester, negavit prætexens se maximo mirari ope-  
 re viri illius Ampliss. incredibilem erga peregrin-  
 os atque advenas humanitatem & benevo-  
 lentiam. Ego certus quantam apud amicum  
 meum inirem gratiam, si eo Nobilissimos illos  
 viros possem perducere, omnibus, quibus va-  
 lebam, modis precibusque obnixe rogabam  
 vellent hoc mihi & tantum amico meo viro  
 honestissimo dare, me quidvis velle deponere,  
 quin hospiti & mihi postea essent acturi gra-  
 tias, fore enim illic consortium cujus num-  
 quam eos pœniteret; quibus perceptis, ac con-  
 victis, difficulter licet, rationibus assensum ta-  
 men tandem præbuere. Dimisso famulo statim  
 recta portam perimus, quam extra vix pedem  
 quum posuisset Ill. Comes, in hæc extemplo  
 verba

verba erumpit. O quam maxime gratum hæc  
 Ifela civibus suis præbet conspectum, quam  
 valde amœnos exhibet undique tractus; quo  
 cumque enim te verteris nullus alteri non mo-  
 do non cedit jucunditate locus, quin potius  
 pulcritudine inter se acriter certant, hincque  
 juxta pictores, etiam solitudinem, non ingrati-  
 Musis, sequentes eruditos, defessos labori-  
 bus studiisque animos quam bellissime posse  
 oblectare puto. Quid si ipse essem urbis hujusce  
 incolâ indies saltem semel, si non bis de die, hi-  
 sce in ripis obambularem ac spatiarer paullo  
 longius. Sed dic mihi quæso ut hoc verbo sub-  
 jungam, quare hæc urbs duobus ita nobili-  
 bus atque latis rigata fluminibus, æris salu-  
 britate, agrorum optimo ingenio, præ mul-  
 tis dotata aliis, incolarum in bello præcipue  
 navali, animositate atque fortitudine, & e-  
 jusmodi virorum multitudine ante omnes to-  
 tius Belgicæ civitates merito suo celebrata ma-  
 xime, a nemine hætenus est descripta verbosius,  
 aut ad exemplum aliarum urbium ex professo  
 suis commodis atque prærogativis, tamquam  
 nativis coloribus depicta. Hujus causam, Ill.  
 Comes, respondeo, fateor ingenue me igno-  
 rare, sed verisimillimam fortassis apud Pli-  
 nium reperiri. *Fuit, inquit ille, moris antiqui,*  
*eos qui vel singulorum laudes vel urbium scripserant,*  
*aut*



aut honoribus aut pecunia ornare: nostris vero temporibus, ut alia speciosa & egregia, ita hoc in primis exolevit. Nam postquam desimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus. Ita est revera a-  
 jebat Ephorus. Nam hoc non solum vestra obtinet in Batavia verum etiam in multis, pene dixeram omnibus, regionibus, ubique enim.

— — didicit jam dives avarus

Tantum admirari, tantum laudare disertos,

Ut pueri Junonis avem.

& nihil dare honori aut elegantiorum literarum culturæ, sic ut recte quis dixerit<sup>b</sup>

Aurea nunc vere sunt secula, plurimus auro

Venit honos; auro conciliatur amor.

Ast quum videam tot tantasque diversæ magnitudinis atque structuræ, etiam scaphas, id est, *bootjes* post se comites ducentes naves, velim scire quæ hæ majores ab invicem sive nomine, sive forma, sive alio quo signo distinguantur & minores illæ etymologiam trahant. Primum dicebam nomine, deinde multitudine onerum, quorum mensuræ genus nostrates vocant *eens last*, uti olim per amphoras discernebantur observatore Meursio<sup>c</sup>. Quod ad vocabuli *eens boot* originem attinet hanc ex Hebræa voce deducit Clarissimus Vir Flud van Giffen in erudita commentatione Theologico-Philologica in Ezechiel<sup>d</sup> quo loco etiam ut hoc venia vestra, vel tribus ut ajunt ver-

I

bis

<sup>a</sup> Juvenal. Sat. vii.

<sup>b</sup> Propert. l. iii. El. 12.

<sup>c</sup> Philo-

<sup>d</sup> XLVII. v. 11. cap. 11. pag. 9, 10.

bis, adjiciam, junci namque oculis objecti exigere hoc videntur, eleganter docet Belgicam vocem *biese* a Chaldaea voce *בִּישָׁ* quæ *byssum* seu *linum* significat, denominari. Hæc dum ita colloquimur inter nos, ab urbe paullo longius recesseramus, sic ut ab uno latere flumen ab altero campos virentissimos contueremur, in quibus conspiciebantur eminus a nobis venatores qui falconibus alaudas aliasque captarent aviculas, quo mire, utpote ejus generis amans valde venationis, capiebatur Ill. Comes, qua occasione multa de venatione antiquorum præcipue Regum Principumque, gratum, si quod aliud, exercitium ac in primis de venatione Accipitraria, (quam antiquam esse contra Blondum asserit & demonstrat Spelmannus<sup>a</sup>,) differebamus donec fere ad urbem fuerimus reversi. Pictor interea observarat duos ebrios baculis primo pugnantes, qui mox in *ficis* & gladios convertebantur. Qui hoc dices, *erantne* igitur gladii baculis inserti, cujusmodi olim gestare maleficis aut latronibus, ut ex *insidiis* aliquem interficerent, fuit mos, nunc recte obsoletus numquamque *revificandus*, unde *ficarii* denominabantur? erant. Relicto flumine *Isela*, transeuntes suburbanos cultissimos & gratissimis floribus halantes civium honestissimorum hortos, adimus

*Rura, quæ Gouwa quieta*

*Mordet aqua taciturnus annis,*

quo

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 131  
quo cum deveneramus ilico solertissimus originum indagator Ill. Comes, expone mihi inquit, unde & ortum & nomen ducat clementissimus hic atque tortuosus fluvius. Non vi-  
tio mihi vertes, respondi, clementissime domine, cum multis aliis etiam civibus si ingenue confitear utrumque me ignorare, con-  
jicere vero, si modo admittas conjectationes, fluvium illum quondam non aquas suas e Rheno in Iselam, verum è contrario ex Isela in Rhenum effudisse, adeoque caput seu Ostium Gouwæ juxta Gaudam, non autem ad Cataractas Gaudanas prope celeberrimum pagum Alphen, quem ab Alpheno Varo quidam, alii a castris Albinianis, haud absimile vero, dictum arbitrantur, esse statuendum; quod eo facilius est creditu, quum, quæ ante meridiem de flumine Isela diximus, huc revocaveritis & a-  
libi forte latius demonstrabimus. Nomen explicare difficillimum est. Non erraret tamen fortassis, si quis diceret dictum amnem *Gouwam* a tractu vel aggere amœno priscis *Goww*, uti quidam tuentur, dicto, alii vero plane alias futilesque merito quibusdam dictas afferunt denominationes quas, quod verear ne vestris auribus creëm molestiam, suspensò præteribo pede. Optime ait Ephorus, nam si recte horas colligo, (audio enim rusticum famulo suo dicentem,

*Duc ad mulctra græges, & lac venale per urbem  
Non tacitus porta<sup>a</sup>)*

putarim jam modo tempus esse recta tendere domum Amplissimi illius viri, cujus liberalitate & benevolentia ad cœnam sumus vocari, erit illic sine controversia, sodalitium plurimorum virorum & fama & eruditione inclarescentium, quorum a lateribus non nisi doctiores poterimus recedere. Ita mihi ajebam solet accidere, nam non tantum, quod est præclarissimum, honoribus & reipublicæ muneribus perfunctus senex, respuit mercedula adductos causidicos, proclamatores & rabulas, qui potius latrant quam loquuntur, & leguleios, qui fere nesciunt Celsum dixisse, <sup>b</sup> *scire leges, non esse verba earum tenere, sed vim ac potestatem*, verum eorum loco conquirat summos juris antistites quapropter ipsius domus tamquam totius oppidi oraculum meritissime veneratur, neque frustra profecto, quando quidem in ea sæpissime eruditorum habetur confessus qualem singulis hebdomadibus in Musco convocasse Gallia illud lumen præfulgidum Ægidium Menagium apertissime testatur Clar. Wagenfeilius. Hæc vixdum a me erant prolata quin accesseramus ad domum gratissimi liberalissimique adeo hospitis, cujus *Scellam* ut barbaraturar voce, de qua Barthius <sup>d</sup>, dum movet famulus

lus

<sup>a</sup> Calpurn. Ecl. iv. 25. <sup>b</sup> Digest. I. T. 3. l. 17. <sup>c</sup> Dissert. de Fragm. Petron. Trag. p. 135. <sup>d</sup> Adv. lib. l.v. c. 10.

lus tacite me rogatum venit pictoran ejusmodi  
 dipistrinum, quale in transitu alicubi viderat  
 equo agitari habuerint antiqui. Responsa-  
 bam, ut Plautino ore loquar, illos quan-  
 tum ex epigrammatibus<sup>a</sup> possim colligere mu-  
 lis bubusque fuisse usos, at ea de re, ubi exi-  
 geret, me postea secum acturum quam pro-  
 lixissime. Adesse autem nos quum intel-  
 lexisset Amplissimus ille vir statim introduxit  
 nos in conclave ut spatium latissimum ita picturis  
 nitidissimis qua tabulato, qua parietibus, qua  
 pavimento ornatissimum, in quo jam modo  
 plurimi congregati erant cujusvis generis, fa-  
 cultatis atque sexus homines, ita ut ex eo fa-  
 cile colligere erat, festum hunc fore diem &  
 albo lapillo notandum; Quippe præter gna-  
 tos, nepotes, neptes, affines, propinquos, ami-  
 cos atque familiares, virgines aderant puellæ-  
 que non minus formosæ quam alacres quæ,  
increfcente sodalitia in aliud, a læva retractius  
paulo, minus sed politissimum demigrabant  
cubiculum, quod respicit hortum amœnissi-  
imum, quem laurus & ficus & morus frequens  
vestit. Pueri vero minorenes in modicam,  
 ex alio latere, transitu interjacente, adhæren-  
 tem recesserant cænationem, quæ omnibus  
 fenestris ambitum solis sequitur. Interim ta-  
 men dum adessent causam præbuere discu-  
 tiendi quosdam, inter sese quos ludebant quam

digna  
 non fuit  
 nisi quæ  
 sit

suavissime pueri innuptæque puellæ, aut si  
 mavis omnes jam adolescenturientes propemodum  
 virgines, ludos, quorum conspectu prorsus  
 capiebatur Ill. Comes, ac præ omnibus ædepol  
 pictor, qui libens, si fuisset ausus, credo sese,  
 eorum consortio immixtus, nostro subduxisset.  
 Ex variis, cum ut Tibi reddendo specimen gratificer,  
 tum eo demonstrarem mundum eundem atque alterum  
 esse, paucos seligam. Primus itaque erat quum puer  
 clausis obvelatisque oculis, manibus extentis  
 obambulet unum e choro arrepturus, cui vices  
 suas, si, quis sit, recte divinnet, imponit: nos  
 eum solemus vocare *blinde mannetje*, Græcis dicitur  
*μυῖα χαλκῆ* quemadmodum e Polluce aliisque  
 docet curiosissimus Meursius <sup>a</sup>. Alter vero  
 vocatur apud eundem <sup>b</sup> *κροταλῆσιμος* quem ore  
 interpretis hisce describit Pollux, nitidior atque  
 emendatior olim a viris eruditissimis Bonaventura  
 Vulcanio <sup>c</sup>, nuper, Joachimo Kuhnio, cui & vitam &  
 otium, & adjumenta necessaria precamur, promissus.  
*Collabizare*, ait, est, cum hic quidem planis manibus  
 proprios comprimit oculos: ille vero feriens,  
 interrogat, utrumnam percusserit nostratibus  
 dicitur *klap in't handje*. Est hic lusus etiam  
 hodie apud Arabes notissimus autore Angelo a  
 S. Joseph, seu de la Brosse <sup>d</sup>, caput in tapeto: inquit,  
*lusus in quo caput alicujus*

<sup>a</sup> Græc. Ludibund. pag. 44.

<sup>b</sup> Græc. Ludib. pag. 26. Poll.

IK. 7. p. 446. <sup>c</sup> Colomiés Biblioth. Choisie pag. 106.

<sup>d</sup> Gaz. ophylac. Ling. Persar. pag. 10.

alicujus velamine tegitur, vel in sinum alterius inseritur: hunc reliqui percutiunt, & quis tetigerit querunt; si divinet, percussor in ejus locum substituitur. Quum autem de horum primis inventoribus originibusque foret sermo, varii varias in medium protulere opiniones atque conjecturas, quarum nonnulli illam, quæ ambos ad salvatoris nostri Christi flagellationem refert, amplectabantur statuentes una dictam ob rationem cum quibusdam Theologis illicitos plane esse illos Christianam religionem sancte profitentibus, alii vero iis, quæ hæc eo spectare negant & longe antiquiora illis temporibus credunt, sententiis facile accedebant. Post hæc inquirebatur num manu, an vero soleis, an alio quo instrumento occæcatum ita percusserint olim puerum, quandoquidem nos manu dumtaxat utimur. Nec in his conveniebant omnium opiniones, siquidem, uti ille verissime, quot capita tot sensus, multi id manu statuebant factum, alii vero ferula, alii autem loris ac flagello; quibus ego, cum scriptores, quantum meminerim, hoc non exprimant, lubentius assentior. maxime quod mihi persuadeam esse supplicii levioris quasi quoddam genus a pueris servisque exortum. Veteres enim servos loris castigasse quin imo juvenes ad aras Dianæ donec sanguis prodiret

loris scripsisse novimus. Favere videtur & nominis convenientia, si non derivatio. Κόλαβος enim unde facile κόλαβισμός, idem quod κόλαψ. κόλαψ utique est flagellum, seu nervus quamquam & corium durius in boum collis atque dorsis, teste ὁ πᾶνν Isaacus Vossio<sup>b</sup> è quo sane haud contemnendam hisce diebus descripsi novam Divi Pauli ad Corinthios de angelo Satanae interpretationem, quæ hæc est. Κόλαψ est flagellum seu nervus, idem qui σκολλός & ali- quando σκόλοψ. Cum omnia hæc vocabula ejusdem sint originis à κόλα nempe, id est, taurea seu corio bubulo. Harum vocum ignorantia fecit, ut cum alia loca, tum etiam verba D. Pauli in II. ad Corinthios cap. xii. 7. non recte interpretes reddiderint. quo enim loco legitur, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῆ σαρκὶ ἄγγελος Σατανῶν. inepte vertunt. *Aculeum carni insertum: sic enim reddendum fuerat: datus est carni meæ angelus Satan qui vice flagelli castiget me.* Tum Ill. Comes, quodnam, inquit, autumatis percussum fuisse illius occæcati pueri membrum, caputne an faciem, dorsum, manus, an vero promiscue omnes ceteras corporis partes? Hic in diversum abiire plurimi, alii tamen, & præprimis Theologus, quibuscum ego faciebam, verisimiliore sibi persuadebant opinione, quandoque dorsum, plerumque tamen faciem fuisse per-

<sup>a</sup> Vet. Schol. ad Horat. I. Od. 7.    <sup>b</sup> Ad Cæcilium pag. 253.



percussam, verum postea, quia nimium crudele atque inhumanum censebatur, manum suppositam. Causam rationemque hujus opinionis rogatus, hanc è vate Micha (IV. 14) produxit: *Virga percutient maxillam judicis Israël.* Exigebat hac occasione pictor pleniorum flagellorum delineationem, quam postquam ei reddidisset satis elegantem Theologus, adi, inquit, Juris peritus, ubi in itinere fueris, Mingrelia Principem, in hunc usque diem juxta indusium Mariæ & involucrum Jesu Christi, ac barbæ Ejus quosdam pilos, etiam frustulum ligni Crucis, & quod unice desideras, etiam funiculum, si dis placet, flagelli sanctissime custodientem, ex eo una materiam atque texturam (audiveris enim flagella è loris, crinibus, imo exuviis sanguinis fuisse contexta,) investigaturus; Sed quid ego hæc, pergit, in pauca contraho, calles utique linguam Gallicam, en tibi, qui verbosius hæc & alia non minus scitu jucunda quam necessaria enarrabit, autor. Ille, impetrata venia, sic exorditur. *h Ils (les Mingreliens) ont beaucoup de Reliques. On dit que les principales leur ont été apportées par des Prelats, qui se retirèrent chez eux quand Constantinople fut prise par les Turcs, ayant peur qu'elles ne tombassent entre les mains des infideles. Nos Pères Teatins ont vu un morceau de la vraie croix long d'un palme, (c'est un*

I 5

peu

a Vossius in Catullum. pag. 224.

b Chardin Voyag p. 127

peu plus de huit pouces du pied François) une chemise de la Sainte Vierge. Elle est de couleur tirant sur le jaune, parsemée de fleurs brodée à l'éguille. Sa longueur est de huit palmes Romaines, sa largeur de quatre, les manches en sont courtes, mais larges d'un palme, le cou est étroit. Cette chemise est enfermée dans une cassette d'ébène garnie d'argent. Ils ont encore un main de sainte Marine sèche enchassée dans de l'or garni de petites pierreries. Une autre main de Saint Quiric, plusieurs ossemens enchassés en or & en argent. Les Saints langes dans lesquels la bienheureuse Vierge envelopa J. C. Un petit quadre où il y a des poils de sa barbe, & de la corde de sa flagellation. Le Prince de Mingrelie tient ces Reliques en sa garde. Lors qu'on les montra à nos Peres on les étendit sur un tapis. Chacun, tant Pretre que seculier, les manioit avec très-peu de vénération. Les Mingreliens les estiment beaucoup moins que les chasses où elles sont renfermées. Ils ne portent aucun honneur aux Reliques & les traitent tout-à-fait indignement: Sic oportet inquit Theologus nam illa omnem fidem & rationem excedere quis sanioris mentis non consenserit. Sic partem spineæ coronæ, (quam albam fuisse ajunt<sup>b</sup>) partem tunicæ itemque pallii Eliæ Prophetæ alibi exstare idem docet (pag. 215.) autor. Cl. Mabillonius<sup>a</sup> Cameraci baculum Sancti Josephi, Taurini sudarium Christi, quale Romæ in mappa ex salamandra contexta a Tartarorum quodam rege Pontifi-

<sup>a</sup> Masæi Italic. L. 1. P. 1. pag. 5 & 7. <sup>b</sup> Marcell. Emp. c. 23.

ci Romano missum, custoditur, ostendi scribit. Quis credet Cotovico<sup>b</sup> in civitate Jadera, Veneti Taram dicunt, [corpus beati Simeonis Prophetæ, qui ambabus ulnis Christum excepit, sine Balsamo illæsum conspici posse narranti. Sed valeant hæc. Tu, si aliquando solus, vel una cum Illustr. Comite Angliam sequere, id ex animo rogo præstes ut adeas Nobilissimum Chardinum omnium certe doctorum nomine, maxime vero Theologorum, rogaturus velit tantum dare nostrum precibus, tantum publico bono ut quamprimum in lucem edat notas suas in Biblia, quæ si paratæ nondum fuerint & absolutæ, saltem eam partem quæ Genesim spectat, quam, ni fallor, prælo adornatam se ipsum scribere in operis illius, quod manu Genes, prologo deprehendes; Multum præterea oblectamenti præsentis ceperant è ludo illo quo vicinus vicino quam occyffime festinabat tradere tenuissimam accensam candelulam seu potius ardentem tenuiorem ramusculum additis una hisce verbis, *Luydje leeft nog*, id est, adhuc dum vivit Luydula, cujus, priusquam fecisset circulum, si in alicujus manu extingueretur flammula, ille multam pœnamve incurrebat constitutam. Illius autem lusus super origine cum alter alterum rogaret paullo diligentius, nullus se eam scire ingenue

CON-

<sup>a</sup> Rhodius de Acia c. vi.

<sup>b</sup> Itinerar. Hierosolym. s. 3. p. 13.

confitebatur. Unusquisque tamen hic vetera memoria, in quantum liceret, repetebat contendens aliquid, unde dici posset verisimiliter profluxisse, in medium proferre. Post altissimum, brevius licet, silentium, Ephorus tandem, qui erat Vir multijugæ lectionis, ab Hospite sibi è Bibliotheca Lampadis Gruterianæ tomum primum depromi petit, quo ad-  
 epto quærit *Lucæ Joannis Scopæ Collectaneorum Lib. I. cap. xxviii.* & insimul, inquit, si non hinc, detorta luxataque, ut sit, quoddammodo historia, deductus sit ille ludus, errantem me, quæso, reducite in viam rectam. Verba quæ prælegit subjicio. *in Academia, ut insequitur Pausanias, erat ara Promethei, a qua currunt in manu lampada accensam gestantes. Est autem victoria continuato cursu ad calcem usque accensam lampada præferre, quæ si extinguitur, traditur proximo: quod si & illi quoque accensa non perstet, à tertio accipitur; atque ita deinceps per manus translata: præmium lucratur extremo ille, cui in finem & metam præluxerit.* Quid autem vox Belgica *Luyje*, vel *Louwtje* ut alii dicunt, significet, aut unde derivetur si dicam me ignorare neutiquam erit dedecori, verum a vobis postulo interpretationem. Est a jebam, mihi amicus, in ejusmodi ritibus investigandis diligentissimus, Theologus qui pro *Louwtje* potius *Thouwtje* dicendum putat, quo melius ad ritum illum respi-

**THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 148**  
 respici posset dici. Alii multo malebant hoc  
 deducere a Græca voce λύξ, qua *lucem* antiquū  
 indicasse notat Stephanus in suo incomparabili,  
 qui equidem eum pauperem reddidit, thesau-  
 ro, unde haud difficulter, mutatis quibusdam  
 corruptisque literis *Luxje* vel *luxje* inde *luytje*  
 confecerunt, ac si dicerent 't *ligje leeft nog* vivit  
 adhuc, si ita liceret loqui, *lucula*, adeoque  
 spero victoriam, seu, uti nos diceremus a  
 mulcta immunitatem, quæ immunitas præ-  
 mii loco est. Posset alias meo iudicio haud in-  
 congrue referri ad *lychnum*, quasi diceres 't *lychne*,  
 vel 't *luchje*, unde 't *lichje*, vox enim Græca  
 λύχνος lucernam & facem significat, ac, quòd  
 è ligno constet, eo facilius inclinarem; præci-  
 pue si quis Isidori<sup>a</sup> etymologiam admittere ve-  
 lit *lignum* etymologia Græca vocari quia incensum in  
 lumen convertitur & in flammam, unde & *licinium*  
 dicitur quod lumen det. Verisimilia hæc mihi vi-  
 dentur, inquit, ephorus: Verum, quam dudum  
 optavi, cum sese offerat occasio, conveniendi  
 theologum juxta & medicum, vestrum pa-  
 ce requiram expositionem solutionemque  
 istius loci Geneseos quo Christus dicitur se-  
 men mulieris dum plurimi hodierni medici  
 sceminas semen habere aperte audacterque in-  
 ficiantur. Id, inquit Theologus, & me diu  
 multumque torfit, quamquam facilis sit theo-  
 logica interpretatio, quæ semen illud Chri-  
 stum,

N. Tran-  
 sitio

stum, quatenus e semine muliebri quod ad corpus, esset oriundus, pronuntiat; ast alteram quæstionis tuæ partem nobis medicus libenter explicarit. Non est quod a me, præter justum obsequium, aiebam expectetis aut longam aut eruditam de ortu hominis dissertationem, quæ neque loci neque temporis congruere cum opportunitate videtur, tribus tamen uti in diverbio est me expediam verbis. Ridendam tanquam & vanam explodendam sententiam, optime meo iudicio saniores iudicant medici, & non nisi meram esse *λογομαχίαν* fœminas non habere verum semen prolificum. Fateor & lubens concedo illud non esse, is qui oculis conspicitur, aut in pollutionibus nocturnis, aut lubricandis viis inserviturus, è glandulis vaginalibus effluens, ejicitur humor, quem plurimi veterum fœmineum appellarunt semen. At uti hoc probo, sic una quoque statuo verum, si non solum, hominis semen consistere in ovis, quæ Hippocrati nota fuisse atque Aristoteli, ex professo olim in Commentariolo de Inventis Novantiquis Medicis § xv demonstravimus; sed illa nasutulis & majorum æmulis, obtrektoribusque fortean non satisfecerint, & sit ita: sufficit mihi Consolatio Antigenidæ, <sup>a</sup> mihi cane & Musis sufficit vel Hippomachi <sup>b</sup>. Verum dem ipsis, Hippo-  
cra-

<sup>a</sup> Cicero in Bruto, c. 50.

<sup>b</sup> Alian. Variar. Hist. 11. 6. xiv. 2.

cratem ceterosque non satis aperte descripsisse semenque vocasse ova, quid inde? examinent eorum de generatione hominis opiniones, vel illæ nostros arguent injuriæ. Si nec illa velint concedere, convincat saltem oportet, quam declaratam vultis, generatio Christi, qui solo è semine, quod etiam vocatur, muliebri fuit prognatus; non enim legitur Spiritum Sanctum, qui Mariam Virginem dumtaxat adumbravit, aliquid feminis attulisse, unde igitur Christi Corpus, si mulieres semen non possideant? quid præstant ovaria? ut auram virilem dumtaxat recipiant, absit ut credam. Reor itaque totum hominem, quantus quantus est eodem tempore in ovo esse delineatum, incrementum autem seu potius motum atque, ignoscite vocabulo artis, vivificationem ab aura atque spirituofo feminis virilis halitu accipere. Non aliter ut simili, quod tamen claudicare dici scio, me illustrem, ac horologium undiquaque perfectissimum nihil præstet usus, nihil boni, nisi appenso pondere, ita quoque delineata in ovulo totius nostri corporis membra non nisi accedente aura subtiliore, extenduntur & usui adaptantur. Sed objicietis ex Reiesii Campo Elysiø jucundarum Quæstionum <sup>d</sup> plures historias, mulierum conceptus infœcunda-

<sup>a</sup> Hippocrat. de Diet. I. XIX.

<sup>b</sup> Quæst. XLII.

dationesque sine virorum copula confirmantes; in promptu responsum est; argumentamini pro mea opinione, scēminas sine admisione concepisse; & qui hoc potuissent ni semen haberent generationi peridoneum. Notandum tamen nullam à Reiesio narrari, nec nisi aliorum quoque fide, historiam quæ non viri præsentiam conventionemque adjungat. Sed, ut hoc in transitu dicam, miror vocem hanc Summis Criticis, Lud. Carrioni atque Henr. Lindenbrogio non esse restitutam Censorino, apud quem Capite V. de Die Natali nullo sensu legas: *Hi enim post gregum contentionem non medullis modo, verum & adipe, multa que carne mares exhauriri respondent: ubi lege conventionem id est congressum.* Sic enim convenire concumbere interpretatur ex Arnobio Elemenhorst in Indice Apuleiano. *Conventus Jovis pro concubitu.* Pareus in Lexico Plautino: *Convenire Meretricium verbum, pro liberis operam dare.* Inde *conventus, conventiones, convenæ.* Mil: 21. v. 61. & *conventis* 1. Cist. 1. 1. v. 42. Ovid. lib 3. de A. Amandi.

*Conveniunt illas, cum voluere viri.*

de hisce in Conjectaneis nostris olim plura: Tu interim vide num paullo ante legendum sit *perimatur* pro *perimat*, & statim mox pro *non*. Sic enim se habet locus. *Hipponi vero Metapontino, sive ut Aristoxenus autor est, Samio ex medullis profluere semen videtur: idque eo probari quod post ad-*

*miss-*



*nem pecudum, si quis, qui mares sunt, perimat, (forte perrimatur) medullas ut pote exhaustas non reperiat. lege mox reperiat, Sensus alias utique non constat. In fine hujusce capituli lege: an etiam is ex matris, cum legatur in editione Lindenbrogii, an etiam ex matris (sc. femine), qui voculam id, quæ in principibus occurrit editionibus, delet, cum hæc commode & forte necessario in is vel idem nempe partus, de quo an ex patris an vero matris femine proveniat, quæstio est, verti possit. Capite vero præcedente ait: Hæc eadem opinio etiam in Parmenide vel in Ste\* fuit. Dudum hæsitavi num legendum foret Stasea de quo philosopho Peripatetico ipse agit Cap. XIV. pag. 91. & 93. & Cicero de Orat. I. 23. de Fin. Bonor. v. 25. Verum postea aliam eamque meliorem excogitasse mihi visus sum emendationem legendo; Hæc eadem opinio etiam in Parmenide in Stephane fuit, (vel f. Parmenidis in Stephane) pauculis exceptis ab Empedocle dissensis. Ansam certe præbuit Cicero de Nat. D. lib. I. c. II. Nam Parmenides commentitium quiddam coronæ similitudine efficit: Stephanen appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum: quem appellat deum. &c. Hæc obiter. Atque ita ex prædictis satis clare videtis foeminas non modo prolificum semen, sed delineatum in ovo, quod motorem dumtaxat requirit, hominem si ita loqui fas sit, gestare. Tum Ampl. noster*

Hospes, mirum, inquit, est vos illam quaestionem microscopiis vestris, quibus nescio quam profunda terræ viscera perscrutari posse intolerantissime gloriamini, non dirimere, aut certissimis nuper prolatis excogitatisque Mathematicis demonstrationibus, de quibus ita magnifice jactant quidam medicorum filii, denuddare, ut plane illa lis dijudicetur. De summo circa microscopia in rebus naturalibus medicisque abusu alius commodior erit aliquando locus. Verum optime, dico, mones Vir Ampl. de novellis demonstrationibus quas ego in quibusdam Anatomices partibus admitto, sed ex praxi fere tamquam *ἀδύνατα* proscribo. Et ne me hoc aut solum aut primum facere arbitremini hisce ante multos annos jam in Demonstratores illos invectus est, Clar. Kerckringius. Nam eorum, ait, qui jam sibi ita placent in sua Mathematica, ut etiam Medicinam velint ad ejus leges revocare, nihilque tentari a Medico, antequam illud & faciendum esse & aliter fieri non posse demonstraverit, tamquam ineptos homines & medicandi arte præstantissima rejiciendos censeo. Ego certe eos insanire citius mathematice demonstravero, quam illi probaverint artem hanc practicam, & que non exigua ejus laus est, divinariam, ad Mathematicorum leges revocandam esse. Non potest revocari omnium Regina artium Politica, non debet Medicina.

*dicina.* Plura vide Observatione xxvii. de morte a lapidibus asperam arteriam prementibus illata. Ergone, reponerat A. Hospes, numquam Demonstrationes vestra in artes admissurus. Non prius, dicebam, quam me & ratione & jugi experientia docuerint se longe certius citiusque cœteris suis collegis quosvis indiscriminatim removeere morbos; quod quum, uti spero animitusque in ægrorum voveo commodum, videro, mox in eorum transibo castra, ambas non invitus manus porrecturus. Post hæc aliaque plura mota dubia medica non injucunda ventilabatur multis quæstio quodnam antiquissimum optimumque foret orbis terrarum regimen. De hujus vario, apud diversos populos inducto genere, cum alii hæc alii alia non inrudita in medium protulissent, tandem Ephorus & imprimis Ill. Comes antiquitatem & commoda Monarchiæ, omniaque ejus si ita loqui licet prærogativa enumerabant, & acriter, modeste tamen tuebantur, maxime vero Ill. Comes postquam varia ex laudatissimis scriptoribus Justino, l. i. xi. 12. Æmilio probo in Dione c. 6. peculiariter vero clar. Lipsii de Doctrina Civili libro recitasset, non aliter ac olim Caligula, teste Suetonio, c. xxi. quem nobis elegantissimum atque optimis Commentariis instructissimum haud ita pridem dedit a-

micus meus integerrimus Samuel Pitiscus  
Gymnafii Ultrajectini Moderator prudentiffi-  
mus, & in evolvendis autoribus qua Græcis,  
qua Latinis plane indefeffus longe tamen iua-  
vius, exclamavit:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκρίβην ἰεῖς κρίβην ὅτι ἔσω  
Eis Βασιλεύς.

Imo Monarchiarum primos conditores præ  
cæteris gentibus verum numen agnoviffe ex  
Ruperto<sup>a</sup> adjecerunt. Theologus è con-  
trario comiter hifce opponebat Salomonem  
contendentem<sup>b</sup> populi salutem in multitu-  
dine confiliariorum confistere, <sup>c</sup> Samuelem  
producebat testem & ejus exemplum a Deo  
ipfo fupponebat primum institutum & pro-  
pofitum. Vultis, interponebat Ampl. Vir,  
hospes nofter nobilis ἀμεταμέλη<sup>d</sup>, uti Cice-  
ro, quondam de Attico (XIII. 52.) de hac  
lite vobis dem arbitrum quem omnes fitis ad-  
miffuri, doctiffimum? Annuerunt omnes,  
avide, quem nominaret gratiffimum Judicem,  
exfpectantes. Est is, cujus meritiffimas lau-  
des charta loquetur anus, magni nofteri De-  
fiderii Eraſmi maximus amicus, THOMAS  
MORVS, fupremus regni Britannici Can-  
cellarius. Vir omnibus Religionis atque Ju-  
ftitiæ numeris longe optimus atque fanctiffi-  
mus

<sup>a</sup> Ad Valer. Maxim. Lib. I. cap. I. Diſſert. I. pag. 18. 19.

<sup>b</sup> Proverb. XI. 14. & XV. 22. ἔ I. Sam. VIII. 5. 6. & XII. 17.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 149  
mus uti describitur a Jovio. <sup>a</sup> Huic, quis opti-  
mus reipublicæ status, ita disquiritur.

<sup>b</sup> Quæris uter melius, Rexne imperet, anve Senatus.

Neuter (quod sæpe est) si sit uterque malus.

Sin sit uterque bonus, numero præstare Senatam,

Inque bonis multis plus reor esse boni.

Difficile est numerum forsân reperire bonorum,

Sic facile est unum sæpius esse malum.

Et fuerit medius sæpe inter utrumque Senatus,

Sed tibi vix unquam Rex mediocris erit.

Consilioque malus<sup>c</sup> regitur meliore Senator,

Rex consultores sed regit ipse suos.

Alter ut eligitur populo, sic nascitur alter,

Sors hic cæca regit, <sup>d</sup> certum ibi consilium.

Illeque se factum populo, populum sibi factum.

Scilicet hic ut sint quos regat ipse putat.

Rex est in primo semper blandissimus anno,

Omni anno consul rex erit ergo novus.

Rex cupidus longo populum corroserit ævo:

Si consul malus est, spes melioris adest.

K 3

Nec

<sup>a</sup> In Elog. Doctor. p. 307. <sup>b</sup> Thom. Morus Epigramm. pag. 247. ed. 1518. <sup>c</sup> Notum est illud pietati tuæ, quod in Mario Maximo legisti, meliorem esse Rempublicam & prope tutiorem, in qua princeps malus est, ea in qui sunt amici principis mali: siquidem unus malus potest a plurimis bonis corrigi, multi autem mali non possunt ab uno, quamvis bono, ulla ratione superati. *Æl. Lamprid. in Alexandro Severo cap. 65. ad quem locum ex Historia quarta Taciti Isaacus Casaubonus nullum majus esse boni principis instrumentum quam bonos amicos.* <sup>d</sup> Deinde illud quod clementia tua solet dicere, credidisse rescindendum, Imperatorem esse, fortuna est. Nam & minus boni reges fuerunt & pessimi. *Æl. Lamprid. in Anton. Heliogabalo cap. 34.*

*Nec me nota movet, quæ pastam fabula muscarum  
Ferre jubet, subeat ne male pransa locum.*

*Fallitur expleri Regem qui credit avarum,  
Nunquam hæc non vacuam, mittet hirudo cutem.*

*At patrum Consulta gravis dissensio turbat,  
Regi dissentit nemo, malum hoc gravius.*

*Nam quum de magnis varia est sententia rebus,  
Quæstio sed tamen hæc nascitur unde tibi?*

*Est ne usquam populus, cui Regem sive Senatum  
Præficere arbitrio tu potes ipse tuo?*

*Si potes hoc, regnas nec jam cui, consule, tradas  
Imperium, prior est quæstio, an expediat.*

Hoc postquam diligentius esset perpensum & examinatum Theologus rogabatur sententiam atque causam quare Samsoni<sup>a</sup> abscissis septem capillorum cinnis defecerit mox incredibilis illa robusta fortitudo. Nequid vobis dissimulem agebat, oportet fatear me nunquam attentius aut altius hunc locum pertractasse, quis enim hæc a Theologis requisierit? Ne tamen plane nihil vobis videar posse ad illustrationem proferre, quid si dixero latitare quandam hactenus nondum detectam vim in capillis, quam nos incuria negligimus, quamquam ego in eo putem aliam subesse causam latius investigandam. At notandum est Plinium<sup>b</sup> scribere equarum libidinem juba tonsa extinguere, quod etiam Aristoteles<sup>c</sup> affirmat. Maxime vero

<sup>a</sup> Judic. xvi. 19. <sup>b</sup> L. viii. c. 42. <sup>c</sup> Hist. Anim. vi. 18.

vero antiquos credidisse veneficas non nisi cæsis capillis potuisse domari<sup>a</sup> de quo quid statuendum nullus definitio. An igitur hæc ratio est, interrogabat ephorus, quod magi<sup>b</sup> hoc ipso tempore adhuc apud Arabes atque Persas<sup>c</sup> nutriant capillos, ut possint a ceteris hominibus inter nosci distinguique. Id nuperum oportet sit inventum dicebat Theologus siquidem apud Plinium<sup>d</sup> legi Arabes mitratos degere aut intonso crine. Tum Ill. Comes rogabat num hoc gentiles, aut historia aut fabula aliqua adumbrassent, certissime respondebat ephorus, etenim apud Hyginum<sup>e</sup> observavi Nisum Martis, vel ut alii volunt Pandionis filium, Megarensium regem purpureos habuisse crines, in quorum conservatione imperii ejus perennitas consistebat, quos patri dormienti Scylla Nisi filia præcidit; quo Nisus a

K 4 Mi-

<sup>a</sup> G. Canterus Novar. Lectjon. IV. 20. <sup>b</sup> Multiscius Bourdelotius in eruditissimis Animadversionibus in Lib. 11. Heliodori pag. 47. Magi, inquit, & antistites comam barbamque solebant pascere, eamque vocabant *ισογῶν* ut lib. 7. *τὴν δ' ἰσογῶν κομμῶν αὐτῶν ἔσαν καὶ θῆκε*. Itaque Plautus dum divinandi morem tangit, hujus non obliviscitur. Rud. Auct. 2. sc. intelligo.

*Capillum promittam optimum est tucipiamque ariolari*  
 Heliodor. lib. 3. in ficta divinatione, *τὴν τε κόμην ἀγορεύουσιν*. Similiter Sybilla in Virgil. lib. IV. Omnes denique Sacerdotes. Talis est Magus Mithrobatzanas apud Lucian. Nocyom, edit. nostræ pag. 159. Legendus interpres Juvenal. ad illud Satyræ 2.

*Et crine senex fanaticus albo*

*Sacrorum Antistes.*

Similem autem habet narrationem & casum. Justinus Martyr dissertatione cum Judæo Tryphone. <sup>c</sup> Angelus a S. Joseph. Gazophyl. Peri. p. 155. <sup>d</sup> H. N. L. VI. 23. <sup>e</sup> Fabul. 128.

Minoë fuit devictus, quum alias eo vinci nescius esse ferebatur teste Apollodoro, <sup>a</sup> qui fere eadem de Menelao narrat *lib. II. c. IV. § 5. & 7.* quid? eo salvo capillitio ne mori quidem potuisse scribit Pausanias *lib. I.* Post hæc mensam exstructuri cum intrassent servi assurreximus omnes: Hanc captans occasionem pictor nescio quam ob causam una cum famulo exit, atque post longius paullo tempus demum redit. Nos multis sermonibus occupati eum non nisi redeuntem animadvertimus. Intransem mox adit causam rescisciturus Ephorus. Exponit, unaque subdit se audivisse phrasiologiam Belgicam ipsi prorsus inauditam incognitamque. Quærit ex eo accedens Ampl. Hospes quænam illa non intellecta esset locutio. Erat inquit, Vir Amplissime cum e vestigio redirem, quod quampiam ex ancillis tuis audierim filiolo tuo aliquantulum petulantiori & immorigero minantem, si nollet ab iis, quæ forte agebat illicita injustaque, abstinere, dictisque è contra morem gerere, se non Parenti ejus, si quidem nobilissimo consortio esset occupatus, enarraturam, verum, ni ilico fileret, appellaturam *de Man*, quo ex incontinenti puerulum compescuit. Nunc autem quid illa vox significet atque unde originem trahat, si quidem, quod mihi facile persuadeo

deo

<sup>a</sup> Lib. III. c. 14. § 8.



deo, noveris, velim aliquanto latius exponas, maxime ædepol mihi gratificaturus eo quod tabulam ejusmodi lusus puerorum exhibentem depingere jam diu animo concepti. Miror ajebat Ampl. Hospes, cum sit adeo vulgaris, multisque hominibus familiarissima isthæc comminatio, ab antiquissimis temporibus deducta, apud vos illam ignorari. Est autem ipsa vox corrupta a verbo *Mannius*, qui videtur, si unquam extiterit, fuisse valde deformis terribilisque; uti eum describit Persii Scholiastes <sup>a</sup> *Mannium dicit* (sc. Persius) *deformem & ignotum hominem, eo quod Maniæ dicuntur indecori vultus personæ, quibus pueri terrentur*. Nihil profecto dicebat Ill. Comes verisimilius illa derivatione; ast priscis aliud fuit etiam puerorum terriculamentum *Gello*, quæ virgo erat, dictum, qua de agit Meursius <sup>b</sup> *Isidorum eman- culans: Baucatem, Gellonem, inquit, reperio in Isidori Glossis. Verum rectius multo baucatem legeris, ut alibi Gellonem, baucatem. Gello virgo erat quæ immatura morte cum obiisset, dictum est a Lesbiiis spectrum ejus oberrare, & ut pueris somnum incuterent nutrices, utebantur hoc terriculamento, dicentes Gellonem instare, quæ mortem esset immaturam allatura, nisi somnum caperent. Auctor Proverbiorum. Γελλὼ τίς*

a Sat. vi. v. 50.

b Auctarii Philolog. c. 34. p. 177.

21. ἢ πᾶρθεν ἢ ἰπειδὴ αἰώρως ἐτελοῦτισε, φα-  
 22. σιν οἱ Λέεςιοι αὐτῆς γ' Φαντάσμα Ἐπιφοίαν  
 23. Ἐπὶ τὰ παιδία, ἢ τῆς ἑ αἰώρων θανάτῃς αὐτῆ  
 24. ἀναλήθεασι: Jam Βαυκάλη quoque, & Βαυκα-  
 25. λᾶν & καταβαυκαλίζεσθαι quid sit notum est;  
 26. ergo optime Gello explicatur Βαυκάλη. Sic  
 Hesychius Glossographorum Græcorum fa-  
 cile princeps. Γεγκῶ, δαίμων, ἢ γυναῖκες τὰ  
 νεογνά παιδία φάσιν ἀρπάζειν. Plura, si lubet,  
 vide apud Meursium in *Lectionibus Atticis* ubi  
 multus de *Empusa*, de qua etiam Hesychius  
 in ἐμπύσα, sermo est. Ita sese res habet ἀε-  
 βῆν Ill. Comes, sed succurrit nunc mihi  
 præter hanc quoque antiquos nonnumquam  
 etiam *Cyclopes* invocasse, aut *Mercurium* deni-  
 grato carbone vultu produxisse, uti si bene  
 memini, autor est Callimachus, <sup>b</sup> cujus ego  
 verba paullo altius repetam.

Εὐθ' οἱ γέγκισθρας αἰεράμμοι ὑπὲρ ὤμων,  
 ἢ χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν, ἢ ἐσιδήρον,  
 Ἀμβολαδὶς πετύποντες, ἔπει μὲγα μοχθήσειαν  
 τῷ σφέας ἐκ ἐτάλασαν ἀκηδέες Ὠκεανῖναι  
 Οὐτ' ἀντιῶ ἰδέειν, ἔτε κτύπον ἔασσι δέχθαι.  
 Οὐ νέμεσις. Κείνης ἢ ἢ αἰ μάλα μῆκει τυθαῖ  
 Οὐδέποτ' ἀφελκῆ μακάρων ὀρωσι θύζατες.  
 Ἀλλ' ὅτε κερσίων πῖς ἀπειθεῖα μητέρα τῶχοι  
 Μήτηρ μὲν Κύκλωπας ἔη Ἐπὶ παιδί καλίσθαι,  
 Ἀργῶν, ἢ Στεροπῶν. ὃ ἢ δάμαλθαι ἐκ μυχαίοιο  
 Εἰσε-

<sup>a</sup> Lib. xii. c. 17.

<sup>b</sup> Hymno iii. v. 59. pag. 15. ed. M. Steph.

Ἐρχεται Ἐρμείης σποδίῃ κεχρημύθη αἰθῆ  
 Αὐλίκῃ ἔκχρη μορμύσεται. ἢ ἱ τεχνίσης  
 Δύνη ἔσω μύλωνος, θεμύνη ἱπὶ Φάεσι χείρεσι.

At postquam illi Cyclopes malleis sublati super  
 humeros.

Aut aes candens è camino eductum aut ferrum

Alterne ferientes erant (quandoquidem valde labo-  
 rabant)

Hic ipsos non potuerunt securæ Oceanicæ

Ne contra quidem aspicere : neque sonitum auribus  
 percipere.

Neque hoc ægre ferendum in ipsis. illos enim quæ  
 etiam non amplius sunt ita parvæ.

Nunquam sine tremore aspiciunt divorum filia.

Sed cum puellarum aliqua immorigera adversus  
 matrem fecerit,

Mater quidem Cyclopes suam contra filiam advocat,

Argem, aut Steropen : e domo vero interiori

Provenit Mercurius, carbone oblitus atro.

Statim is puellam territat : at ipsa genetricis

Subit in gremium, ponens super oculos utramque  
 manum.

Tum Theologus, (nullus enim non, si quid  
 ad illustrandam, de qua agebatur, materiam  
 novisset indictum, in medium proferre arden-  
 ter cupiebat.) juxta quod hæc me delectent ait  
 etiam memoriam haud parum refricant, & de  
 quibus forte per annos ne quidem cogitavi in  
 eam revocant, plane aliam vobis exponen-  
 dam,

dam, vocis *Man* etymologiam, a seculi nostri summo lumine Josepho Scaligero inventam. Ne autem parum fidelis memoria in vetustate oblitteratis verbis graviter erret satius erit ex ipso libro (hunc petierat) prælegere: *Manducum* (sunt verba Scaligeri) <sup>a</sup> ego pro *manducone*, non pro *obsonio* invenio in *Atelana Pomponii*.

Magnus manducus camelus cantherius, Apud Plautum *Manducus* est *μορομολοκεῖον* quod in ludis circumferebatur inter cæteras ridicularias, & formidolosas personas, magnis malis, lateque debiscens, & clare crepitans dentibus, in *Atellanis præferim*. *Juvenalis*

----- tandemque rediit ad pulpita notum

Exodium, cum personæ pallentis hiatum

In gremio matris formidat rusticus infans

Intelligit *manducum*, quem magnis dentibus effingebant, ut dixi. Dentes enim magnos & voracitatem attribuebant nocturnis illis terriculamentis. Quo nomine factum ut *Lamiam* puerorum infantium deglutricem fingerent. Inde *Pomponius Atellanarius* poëta inscripsit exodium quoddam *Pythonem Gorgonium*, qui nihil aliud erat, ut puto, quam ille *Manducus*, de quo dixi. Nam *Pythonem* pro terriculamento, & *Gorgonium* pro *Manduco*: quia *γοργόνες* cum magnis dentibus pingebantur. At obliviscimini, agebat Juris peritus *Accum* & *Alphitum* per quas, a pec-

<sup>a</sup> Conject. in Varron. de Ling. Lat. pag. 150.

a peccando puerulos deterrere mulierculas docet jucundissimus scriptor Plutarchus. De priore harum legas apud Suidam in voce Ἀκκίζαμυθ & Ἀκκω, Hefychium in Ἀκκίζειν & Ἀκκός; de posteriore vero non putem me uspiam verbum legisse. Fuerant etiam antea, quod vitio infirmioris memoriæ suo loco non recitavi, (& quis tot nisi solus Simonides artis memoriæ inventor, ex ordine ita accurate uti dicta sunt, enarraverit? neque etiam necesse est siquidem epistolam non autem historiam scribimus) actum de Scala Jacobi, num & ejus vestigia in gentiliū extarent monumentis; verum nullus quidpiam noverat, unus tamen Theologus è Jacobo Capello magno illo chronologo locum ex Æliani libro secundo Variar. Historiarum c. 29. depromptum recitavit, quo leviter Pittacum Mitylenacum templis Scalam donando hanc historiam adumbrasse putabāt, ast non nisi dubie, posse dici. Insuper qui verba Mathæi (ὁ μακάριοι οἱ πλοχοὶ τῶ πνεύματι. ὅτι αὐτῶν ἐστὶν βασιλεία τῶ ζεγνῶν, debeant interpretari de quibus ex professo alibi disquirebatur. Juxta hæc, quum Paulo ante descripserim cubacula ornatissima, omisi referre pictorem in occi

a Stoicar Contrarietat. pag. 1911. ed. H. Steph. Tom. III.

b Quintil. L. XI. cap. 2.

c Histor. Sacr. & Exotic. Rufinus ad Ælian. V. Hist. L. II. c. 29.

occi<sup>a</sup> tabulato deauratam elegantissime cœli<sup>a</sup>  
 tam observasse rosam, quæ quid vellet indicare  
 humanissimis verbis rogavit Hospitem. Is, ut  
 ad erudienda artificum ingenia videtur factus,  
 extemplo respondit se id ex more atque veterum  
 consuetudine fecisse. Majores enim nostri  
 illas in mensa silentii indicandi ergo, unde solent  
 etiam nostrates, ubi quid habent reconditi  
 cum amico communicandum, dicere *sub rosa*  
 i.e. sub fide silentii, depictas habebant. Ne  
 longius abeam testem allegabo C. Kempium<sup>b</sup>  
 qui de Frisiis ita fatur: *Convivis domum intrantibus, aut egressis, ostendere solent, limen dicendo: extra illud nihil, quare & nostro ævo hic mos est supra mensas habere rosas depictas, ut sub illis dicta vel facta, inter pocula, aliud non effutiantur.* Harum plurimus in epulis antiquorum usus fuit. Narrat enim Vopiscus<sup>c</sup> adeo iis delectatum Imperatorem Carinum ut *Rosis Mediolanensibus & triclinia & cubicula straverit.* Videris mihi Ampl. Vir. inquit Ill. Comes, ipsius vestigia presle sequi, nam etiam ministri tui,  
 quan-

<sup>a</sup> Occas describit Vitruvius Lib. vi. c. 10. *habent ea domus ad meridiem spectantes cœcos quadratos, tam ampla magnitudine, ut faciliter in eis, tricliniis quatuor stratis, ministracionum, ludorumque operu, locus possit esse spatiosus. In his occis sunt virilia convivio. Non enim fuerat institutum, matres familiarum eorum moribus occumbere. Hæc autem peristyliæ domus andronitides dicuntur quod in his viri sine interpellationibus mulierum versantur.* post pauca. *Græci enim αὐτοπάρας appellant occos, ubi convivio solent esse, quod eo mulieres non accedant,*

<sup>b</sup> de Origin. Sira. Qualit. Fris. Lib. i. c. 19. p. 76. <sup>c</sup> In vita Carini cap. 37.

quantum video, gratissimum fundentibus odorem rosis mensam ornant. Quod autem rosam fidei ac silentii Symbolum priscorum Frisiorum more probaris gaudeo, si quidem animadvertam Germanorum morem antiquissimum vicinis nostris non displicere. Describit illum plenius Stukkius<sup>a</sup> nostras, qui rosam, si bene memini, tanquam silentii & taciturnitatis Symbolum Harpocrati Consecratam tradidit quod non putem me in Ampl. atque Nobilissimi Gisberti Cuperi Harpocrate legere. Tum Ephorus, obliviscimini inquit, priscos eo devovisse luxuriæ ut etiam pavimenta rosis constraverint, quas ne pedibus auferrent intrantes exeuntesque retibus eas obtegerunt; quod ne mirere, veteribus moris fuisse rosas pellucidis

<sup>a</sup> Antiquitatum Convivalium Lib. I. cap. 16. *Ac omnino convivii amici & familiaris, (rosa) silentii quoque Symbolum fuit, quo, præsertim in convivii, fides qua sunt inter amicos dicta premi tegique debent. Itaque poeta finxerunt Cupidinem Veneris filium Rosam Harpocrati silentii Deo apud Græcos (ut & Angerona apud Romanos) consecratam esse voluisse, eoque munere eum decorasse, ut rosa loquacibus exhiberetur, veluti silentii Symbolum. Hinc verisimile est, morem illum profectum: ut multi in locis Germania in cœnaculis rosa lacunaribus supra mensa verticem affixa conspiciatur, quo quisque sit secreti tenax, ne quid temere effutiat, sed omnia reticenda meminerit: quem morem carmen illud graphice depingit,*

Est rosa flos Veneris, cujus quod facta laterent,

Harpocrati matris dona dicavit Amor,

Inde rosam mensis hospes suspendit amicis

Conviva ut sub ea dicta cavenda sciat.

*Hinc proverbium quoque illud pervulgatum apud Germanos. Hæc sunt sub rosa acta, sive dicta. Quo significatur, ea qua vel dicta, vel facta sunt liberius, sive taciturnitate esse regenda, minimeque foris eliminanda.*

cidis involucris adeoque & reticulis involvere, uti nos hodie aromata, ex Ciceronis Libro quinto in Verrem demonstrat multiscius Casaubonus.<sup>a</sup> Enarratis hisce omnibus quum jam Ampl. noster Hospes videret velatam vestibus,

— — — — — *quas non nisi tempore Festo*

*Sternere consuevit,*

mensam, aquam, inquit manibus;<sup>b</sup> unaque rogat verbis humanissimis velimus mensæ esca-riæ (quæ, ut per parenthesin hoc dicam, omnis generis ferculis erat profecto instructif-  
sima, sic ut rectissime *πανδασίαν* vocaris) assi-  
dere, ac, illustrissimum Comitem alloquens, Cretensium exemplo. Ei utpote peregrino non tantum sed convivarum eminentissimo, altissi-  
mum & maxime excellentem demonstrat lo-  
cum, quem quamquam diu multumque relu-  
ctans tandem, uti<sup>c</sup> olim viri militares cum Sa-  
lonino Gallieno discumbentes & hodie Japonii<sup>d</sup>  
& Mingrelia incola<sup>e</sup> gladio accinctus occupat.

Dein<sup>e</sup>

<sup>a</sup> Animadvers. in Athen. Deipn. L. IV. cap. II. pag. 174.

<sup>b</sup> De hac loquendi formula vide Turneb. Advers. LI. c. 14.

<sup>c</sup> Casaubon. ad Trebell. Pollion. de Salon. Gall. cap. 2.

<sup>d</sup> Epistolar. Japonic. L. I. fol. 65. & 75.

<sup>e</sup> Chardin Voyag. pag. 110. milites in omni etiam opere gla-  
dio instructos fuisse ad Taciti Annal. Lib. XI. No. 32. notat Pi-  
chena. Henricus autem Spelmannus, vir in omni antiquitate  
versatissimus Glossarii sui Archaicologici pag. 42. V. *Arma* diu hæc  
de Germanis notat. *Germani quidem non solum Ethnici, sed ad fides*  
*conversæ, ea religione arma colebant, ut nihil facerent, non armati. Epa-*  
*labantur armati, concilia armati inibant, pactiones armorum contactu*  
*firmabant.* f Heracid. Pontic. de Politis.



Deinde ex ordine collocantur viri honorum dignitate conspicui, consanguinitate propinqui affines cognatique, qui, utpote literarum rudes, aut numquam aut raro interloquebantur, quæ causa quod illorum non meminerim. Matronas opulentas gravioresque aliud possidebat cubiculum quare nec de iis injicitur mentio. Vix dum itaque, mi Henrice, majorum more, habito Deo<sup>a</sup> honore eoque invocato conviviarum nescio quis, multa enim quæ memoriæ quidem impresseram fatis, uti rebar, firmiter excidère, rogat Nob. Hospitem quam ob causam dixisset ad mensam escariam assidere & non, ut vulgo dici solet, accumbere; idque non frustra ab eo dictum se opinari. Id cum scienter notasse, huic respondebat Hospes, duo enim loca cum hæc diceret respexisse, primum mensam convivasque, alterum assidendi morem ad unguem qui exprimerent & ad vivum quasi delinearent, sic enim Sextus Pompejus: <sup>b</sup> *Escariæ mensæ vocantur in quibus homines epulantur*, idque binas quoque ob rationes, primo enim non nisi epulas, uti dixi, referebat, quamquam Hospes potius ad mensæ formam respicere voluisse posset videri, secundo quod epulæ privatorum, dapes vero regum esse dicantur. <sup>c</sup> Quod vero assidendi morem

L

iem

<sup>a</sup> Quintil. Decl. ccc.

<sup>b</sup> De Verb. Sign. V. *Escariæ*.

<sup>c</sup> Serv. ad Virg. Aen. I. 710.

rem attinet, illum ajebat, vos Heroës cum antiquis illis communem habetis heroibus majoribusque, quos sedentes epulatos fuisse constat, consuetudine hac a Laconibus Cretenſibusque deducta veluti ad Virgilium <sup>a</sup> ex Varronis *de gente populi Romani libris in quibus dicit quid a quaque gente traxerint per imitationem docet priscorum rituum promuscondus Servius.* Assidentibus itaque jam a famulis, non vimineis, quem admodum olim moris fuisse<sup>c</sup> scimus corbibus, verum argenteo, (taliam enim uti & ex ære Corinthiaco atque ebore habuere prisci *ἀργόφραγε*<sup>b</sup>) artificiosissime cælato orbe porriguntur divisi non solum genere at etiam dissectione partes, alii namque Batavo more in plures orbes, alii Gallico in quatuor sexve partes diducti, alii adhuc erant integri, unde mox occasio sumebatur multa de panum origine, genere, usu, varietate, quorum bonam partem silentio præterire nunc cogor, inquirendi differendique. Pauca equidem speciminis subjiciam loco, ut ex ungue, quod ajunt, leonem. Primum inquirebatur unde panis deductum prolatumque esset nomen, quod eleganter statim ex ipso Varrone<sup>c</sup> explicabat linguæ Latinæ originum amantissimus Comes. *Panes*, ipsa eadem verba, siquidem expromptæ & perfirmæ, qualem Joannem Deon-

a Æn. vii. 176.

b Donat. ad Virg. Æ. vii. 705.

c Athen. Deipnos. II vt.

d Deling. Lat. L. IV. pag. 27.

Deonsum, Claudium Expillum, Petrum Fulconum habuisse legimus, erat memoriæ, commemorans ait, dicitur quod *primo figuras faciebant mulieres in panificio Panis, posteaque figuras facere instituerunt alias*. Idque si velis confirmatum adi quæso magnum illum Casaubonum in eruditissimis ad Suetonium notis pag. 68. ubi quid  *fingere proprie sit pluribus exponit Quo audito, en duo, inquit præsens sacrarum Literarum antistes eruditissimus, observanda, quæ etiam inter populum Israëliticum viguisse nos docet Propheta, panem scilicet à mulieribus olim fuisse subactum, ac deinde variis figuris exornatum, sic utique ipse, Filii colligunt ligna, & patres succendunt ignem et mulieres impastant pastam ut faciant placentas stellis cœli*. Atque hos merito Theiagonas appellaris, de quibus Nicander apud Athenæum

Νικάνδρος ἡ Διαγόνος Φησὶν ἄριστος ἔστω, Αἰτωλῶν καλεῖσθαι, τῆς τοῖς θεοῖς γνομῆς. Et paulo ante ex Tryphone de Plantis. ἔτι δ' εἰσὶν ἄριστοι θεοῖς πετιόμενοι ἐν Αἰτωλίᾳ. Δραμίνας δὲ ἔστωσι παρ' Ἀθήμασιν ἄρτοι τινὲς ἕτως καὶ θηλυτῶν. De ipsa subactione constat, apud Ægyptios non manibus tantum sed etiam pedibus <sup>b</sup> panes confeci: quid! vel in hunc usque diem Æthiopum mulieres panes pin-

<sup>a</sup> Jerem. vii. 18. Deipn. in L. III. c. 30. p. 114. <sup>a</sup> Anonym. dissert. 11. de turpi & honesto pag. 714. opusc. Mytholog.

fere autor est clar. Iobus Ludolfus. <sup>a</sup> quod de Mingrelia incolis notat etiam Chardinus. <sup>b</sup> qui alio loco docuit in Carcaffia foeminas ipsam terram colere. Sin autem panis figuras spectes, hæ pro lubitu atque hominum opinione alia atque alia, præcipue in conviviiis nuptialibus effingebantur. Sic ex pane confectos boves in sacrificiis Apollini, Dianæ, Hecatæ oblatos notat Pollux <sup>c</sup>. Quidam è contra Gallinarum, <sup>d</sup> anatum, anserum, leporum, hædorum, columbarum, (unde forte nostratum *Venesoenen* originem trahunt,) figuram retulerunt. Quinimo coronas ex panibus factas iisque asinum vestalibus sacris coronatum fuisse tradit Lactantius <sup>e</sup>: sed fuit aliquando quod legere maluerim *panibus*, nam maxime mihi verisimile est cum asellum Priapo, Vestæ pudicitia infidiatori, quasi in ultionem mactare consuevisse dicat, illos etiam quasi in ultionem penibus eum coronasse. Verum nondum mihi ipsemet satis facere in hunc usque diem potui, quamquam consentientes habeam viros doctissimos. Tunc Ephorus, probabilis est me hercule tua conjectura, etiamsi vel ipsa retineatur vox *panibus*, quando quidem panes in formam veretri confectos, quos *Colyphia* vocabant, habuisse ex Junio

ad  
<sup>a</sup> Hist. Æthiop. L. IV. c. 4. §. 14. <sup>b</sup> Voyage p. 210.  
 pag. 97. <sup>c</sup> Lib. VI. c. XI. pag. 289. <sup>d</sup> Athen. Deipn. L. IV.  
 c. I. p. 128. <sup>e</sup> Lib. I. c. 21.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 165  
ad Juvenalem <sup>a</sup> demonstrat Grangæus. *Non  
excusatio tam de forme mysterium, aut Priapum denudo,  
ne quid appareat risu dignum* inquit tuus alle-  
gatus Lactantius. Ceteroquin docerem ex  
Athenæo <sup>b</sup> quosdam eo devenisse luxuriæ ut  
panes mammarum figuram, quos *μαῖβανα* vo-  
cari ait Sosibius, repræsentantes confecerint,  
ut filicem qui cadurdum aut mulierum naturam  
<sup>c</sup> exprimerent. Romani vero, subjiciam  
inquit hoc vestra pace, panes suos incisuris so-  
lebant dividere quas quadras <sup>d</sup> appellabant  
unde Juvenalis,

*Aliena vivere quadra*

Dixit. Erant enim hæ notæ panibus, quos  
rotundos habuisse videntur, impressæ indi-  
cantes in quot frustra essent illi dividendi, id  
videor colligere posse ex Virgillii Moreto:

———— *Famque subactura*

*Format opus, palmisque suum dilatat in orbem*

*Et notat impressis æquo discrimine quadris.*

Simile quid fere observo in usu esse apud Habes-  
sinos qui panes suos instar globorum rotundos,  
quibus in Sacra Cæna utuntur, cruce signatos  
L 3 habent

<sup>a</sup> Sat. 11. 53. Martial. 11v. <sup>b</sup> Athen. Deipn. L. 111 c. 30.  
p. 125. <sup>c</sup> Nostrates vero tempore festi D. Nicolai hunc morem  
imitantur, ut & in libris quæ strenarum munere ipsis Kalendis  
Januariis novi anni mittuntur. Sunt enim illa innumeris homi-  
num pecudumque icunculis exornata, quod apud Muscovitas ob-  
tinere docet Nob. Klenckius in *zijn Ambassade na Moskouw* xv.  
Hoofftuck. p. 57. <sup>d</sup> Cælius Rhodig. Ant. Lect. 1x. 16. Martial. 1x. 30.  
<sup>e</sup> Athen. Deipn. 111. 30. p. 114. Casaub. Animadv. p. 234.

habent teste Nob. Ludolfo, <sup>a</sup> qui figuras ad meliorem intelligentiam, apposuit. Wehler & amantissimus mei TH. Smithus Græcorum Constantinopoli S. Cœnæ panes, in modum placentæ deductos, non crucem, verum

hanc 

I C	X P
N I	K H

I C	X̄ C
N̄	K̄

 formu-

lam ab inferiore parte impressam referre ait; sed hæc tamen ad divisionem respicere non possunt dici. Placentæ autem, nam & hæ panibus accenseri possunt, quæ in Pentecostes festo offerebantur Deo, erant quadratæ, septem palmas longæ, quatuor vero latæ, totidemque si memoria me non fallat, crassæ. Neutiquam, Ephore lapsus es memoria, dicebat pictor, verum non fero silentio te præterisse, cum de Æthiopibus haberes sermonem, apud illos moris esse ut mapparum mantiliumque loco mensæ sternantur placentis, quo sane videntur beatorum insulas, quas pueris exponere solemus, exprimere. Has audio etiam ipsos reges, (heu quæ hominum sordities?) triticeas vel filigineas, sex palmarum latas, tenues tamen, una cum cibus devorare; sic utique

<sup>a</sup> Histor. Æth. II. 16. §. 74. <sup>b</sup> Itinerar. version. Gallic. pag. 157. <sup>c</sup> Vide de hac inscriptione Salmas. in Hist. August. script. Tom. II. p. 751. & Angelum a S. Joseph Gazophyl. ling. Perf. p. 389. <sup>c</sup> I. Otho. Lexic. Rabb. 204. <sup>d</sup> Iob. Ludolf Hist. Æth. L. II. c. 12. §. 9.

que dicendum potius videtur quam comedere. Accedit quod non minus detestor illos neque orbes<sup>a</sup> neque cultros neque cochlearia, neque ipsum salinum apponere, sine quo tamen dicitur nulla mensa bene sterni. Tunc hoc adeo miraris, aiebam, pictor, cum & Hebræos semper panes fregisse<sup>b</sup> nullus nisi omnium literarum expers ignoret. Græci vero dudum cultrorum mensalium usum nesciisse dicuntur. Etenim autore Casaubono<sup>c</sup> in universa illorum lingua nullum vocabulum est quod proprie *ἄπιτραπέζιος* cultros denotet. Latina vox *culter* Syriacam originem habet *ܟܘܢܐ* occidit, transpositis literis posterioribus. Græci etiam cultros *μαχαίρα* vocant aut *μαχαίρα*. Vetustissimi Græci appensam gladii vaginæ machæram gestabant, eaque utebantur pro cultro. Homerus

Ἀτρεΐδης ὃ ἔρυσσάμενος χεῖρας μαχαιραῖν :

Ἡ οἱ παρ' ἕξινος μεγά κελὸν αἰὲν ἄωρο

Ἄρτων ἐκ κεφαλῶν τῶν τε τέχνας.

Hæc poëtæ verba afferunt lucem sequentibus Posidonii, quibus declaratur Celtarum mos, non quidem penitus idem, sed tamen affinis. Οἱ τοῖς κελεοῖς ἐν ἰδίᾳ ἡνὴ παρὰ κειται, id est, qui *culter ensis vaginæ adjacet, in peculiari theca*. Etiam hodie ensium nostro-

L 4

rum

<sup>a</sup> Ludolf. L. c.    <sup>b</sup> Drusius Animadversion. LII. c. 5  
Animadv. in Athen. Deipn. Liv. c. 13. p. 278.

rum vaginæ cultris condendis peculiar-  
 rem thecam habent. Videntur sane mi-  
 nores, ad mensarum usum per diu fuisse  
 ignorati: non enim aliis in mensa quam in  
 coquina utebantur. Postea facti sunt mi-  
 nores; quo in genere vel propter elegantiam,  
 vel aliam ob causam commendati sunt qui  
 fiebant in Bithynia. Varro *Γεροντοδιδασκαλῶν*.  
*Noctu cultro coquinari se trajecit: nondum enim*  
*ibi inventi erant cultelli hujus tempestatis è Bithy-*  
*nia.* Maximum ævi nostri antiquarium  
 Meursium<sup>a</sup> si consulas, is non temere cuivis  
 licuisse cultrum gestare, præterquam coquo  
 veterum autoritate maxime Plauti *Aulul.* 111.  
 sc. 2. confirmat. Latius eorum differentiam,  
 atque ex antiquo marmore figuram, mate-  
 riam, uti & apud milites, gladiatores, ce-  
 terosque usum, docte, ut solet, ad Scribo-  
 nium Largum enarrat summus Philologus at-  
 que Medicus<sup>b</sup> Joannes Rhodius quem, qui  
 plura desiderat, adiisse non poenitebit. Qua-  
 les vero *Anelacius* cultelli fuerit genus Spel-  
 mannus,<sup>c</sup> quale *Ansanum*, dicit Ducange<sup>d</sup>.  
 De sale, quum absolvissém, mox ajebat  
 Theologus, multo majore admiratione di-  
 gnum est quod de Habessinis narravit pictor,  
 præsertim quum illi, Hebraicarum originum  
 non

<sup>a</sup> Auctar. Philolog. c. 22. p. 144. <sup>b</sup> Pag. 45. & 54. <sup>c</sup> Glos-  
 sar. Archæol. pag. 31. <sup>d</sup> Glossar. Med. & Infim. Lat.



non plane expertes, norint priscis Hebræis non fuisse convivium in quo sal deficeret<sup>a</sup>. Quid? tanti antiquiores Hebræi fecere salem, ut vel eo quod angelis Lothum è Sodoma educere volentibus, salem, cum convivio exciperet eos, non apposuerit, uxorem Lothi in salariam columnam conversam fuisse Rabbini commententur<sup>b</sup>. Apud Græcos vero non minori in pretio sal fuisse vel inde patet quod hospitibus in signum concordia fuerit appositum. Rectissime itaque, subjungebat Ill. Comes, si tanto in honore habeatur sal, antiqui salinum non ut nos hodie vasculum sal continens, sed *patellam* vocarunt *in qua diis primitiæ cum sale offerebantur*<sup>c</sup>. Quem morem vereor ne ab Hebræis assumerint, de quibus quid sentiant docti lubens ex aliquo vestrum intellexero. Id & mihi, dicebat Hospes, foret sane haud ingratum. Sed vos recensendis veterum, ac in iis Habessinorum moribus nimis diligenter eorum sequimini morem, quippe qui post coenam demum bibunt, dicentes *prius plantandum esse quam rigandum*<sup>d</sup>. Verum is mos mihi omnibusque reor medicis facile videbitur perversus, adeoque poculum assumens inquit,

*Interpone cibus interdum pocula siccis.*

L 5

& illa

<sup>a</sup> Oth. Lexic. Rabb. Philol. p. 129.      <sup>b</sup> Kornmann. de Miracul. Mortuor. c. 17.      <sup>c</sup> Horat. Vet. Comm. ad L. II. Od. 16.      <sup>d</sup> Job. Ludolf. Hist. Æth. 11. 12. §. 17. & IV. 4. §. 16.

& illa ipsa pro lubitu aut cerevisia aut vino, jubere rep'eri unicuique erit integrum, imo vel ipsa aqua subjiciebat ridens, si quidem Persarum morem velitis inducere, eos enim primum sitim aqua deinde vino extinguere solitos refert Drusius: at gratius vobis longe censuero vinis aliquantulum Tincturæ Ambraë Gryscæ, vel olei ligni Rhodi, vel Jasmini vel alterius fragrantis liquoris admiscere, ut eo jucundior scitiorque iis inducatur sapor, quam haud contemnendam consuetudinem apud plurimos in desuetudinem abiisse magnopere miror. Increbuerat tamen illa consuetudo, si quid observarim inquit Theologus, maxime apud Hebræos populosque in hunc usque diem orientales, quibus non modo poculenta, verum etiam esculenta multifario inficere colore saporeque in usu esse narrat Chardinus<sup>b</sup> cui, quod notas suas in Sacram Scripturam Reipublicæ literariæ invideat, ignoscere non est; ceteroquin per diligentem investigarem quid in hæc Psalmistæ verba annotasset: *Inebriabuntur pinguedine domus meæ*, quæ ego lubens verba ad hunc unguento oleoque poculenta conspergendi morem retulerim; qui enim cibis licet pinguioribus possent inebriari equidem non percipio, veluti nec quid obstet cur non æque unguen-

a Observat. L. 1. c. 12. b Pag. 282. c Psal. xxxvi. 9.

unguento illo sancto, quo omnia tabernaculi vasa, seque ipsos perunxerint sacerdotes, etiam rigarint consecrarintque assumendos cibos. Sic enim oleo præsertim Venefrano cibos perfudisse veteres docet Plinius & Juvenalis cum dicat:

*Ipse venafrano piscem perfundit:*

Notandum tamen hoc ad sacerdotes dumtaxat videri restrictum, ita enim Propheta<sup>d</sup> *irrigabo animam sacerdotum pinguedine*: Psalter ad *dit domus meæ*, id est pinguedine quæ mihi, (nempe Deo) est consecrata, & domus ejus proprium erat tributum. Nemo enim nisi plane in literis sacris sit hospes, ignorat omnem pinguedinem sibi vindicasse Deum, eamque suam in domum solam inferri jussisse. Quid autem per pinguedinem intelligi debeat nunc anxie non inquiram, oleola huc pertinere apertum est, quapropter & mannae sapor cœlestis ille adeoque & præcipue domus Dei cibus, fuit olearius<sup>f</sup> ita enim LXX. *καὶ τὸ ἢ ἡδονὴ αὐτῶν ὡς ὁ γάλα ἑλεος ἐξ ἐλαίου.* Verum enim vero ipsa ut appareat indicat hoc mixtio. audi sapientiam apud Salomonem *venite comedite panem meum & vinum quod miscui* procul dubio oleo atque unguento aromatico quale & sponsam habuisse ex ejus

ver-

a Exod. xxx. 22.

b Lib. xv. cap. 7.

c Sat. v. 7. 86.

d Jerem. xxxi. 14.

e Levit. 15. 17.

f Num. xi. 8.

g Prov. ix. 5.

verbis colligere in facili est\*. *Deducerem te ait, introducerem te in domum matris meae, quae docet me: bibendum darem tibi de vino aromatite de succo granatorum, quem forte vino infudisset.* Diu multumque cogitavi mecum num hocce potus genus ob oculos habuerit Lemuel quum<sup>b</sup> principibus dominatoribusque terrarum desiderium potus inebriantis convenire negaret. Imo etiam Propheta<sup>c</sup> quando exclamaret: *vae valentibus potare vinum, & strenuis ad miscendum potum inebriantem.* Arrisit hæc omnibus haud inconcinna interpretatio, quam ad firmandam hunc Juvenalis<sup>d</sup> Comes III. recitat locum.

*Grandia quæ mediis jam noctibus ostrea mordet  
Cum perfusa mero spumant unguenta falerno,*  
sic Plinius<sup>e</sup>: *At bercule jam quidam etiam in potus addunt.* Ita apud Plautum *Nardini amphoram* vinum nardo, aut unguento nardino conditum exponens Turnebus<sup>f</sup> ex Theophrasto docet priscos unguentum vino miscuisse, idque nonnumquam ipsa in compositione aliquando vero domiparata ejusmodi vina habuisse. Maxime autem notandum est quod de Gordiano Juniore scribit Julius Capitolinus<sup>g</sup> cum vini fuisse cupidiorum semper tamen undecumque conditi, nunc rosa, nunc masti-  
che,

a Cantic. viii. 2. b Prov. xxxi. 4. c Jesai. v. 2. d Sat. vi. 302. e XIII. cap. 3. f Advcrs. LII. c. 59. g Cap. 19.

*che, nunc absynthio ceterisque rebus quibus gula maxime delectatur.* Id ipsum persuasi mihi aliquando voluisse Horatium, quamquam multi eruditi id ad unguenta, quibus convivæ soliti erant inungi, referunt, quum dicat <sup>a</sup>.

*Ut gratas inter mensas symphonia discors*

*Et crassum unguentum.*

quia illud non facile in vino dissolvitur, unde & potus perit jucunditas. Hoc ad luxum supervacuum mox allegatus tuus Plinius <sup>b</sup>, ad luxum vero Græcorum refert Ælianus <sup>c</sup>, una addens, καὶ ἐμαλείτῳ ὁ οἶνος κερρίνιτις, idque justissime, didicisse namque hoc videri possunt ab Ægyptiis; qui ob copiam Myrrhæ primi excogitarunt compositiones, unde & unguentum Ægyptiacum adhuc denominatur autore Mercuriali <sup>d</sup>, Plinius <sup>e</sup> è contra à Persis originem sumpsisse statuit, *Persarum* inquit; *esse debet gentis unguentum, illi madent eo & accersita commendatione ingluvie natum virus extinguunt.* Tempus autem quo ad Romanos penetraverit non facile se dicturum (c. 3.) subjicit, neque nos de eo sumus solliciti. Quid illa, inquit Ampl. Hospes, ad nos, qui scimus quantum luxuriarint in iis antiqui, sic ut ab ipsis mensis, puræ ut essent, spongia balsamo inebriata maculas ex illapsis

<sup>a</sup> A. Poet. 374. <sup>b</sup> L. XII. c. 3. <sup>c</sup> Var. Hist. L. XII. c. 11. <sup>d</sup> Variat. Lect. 11. c. 9. <sup>e</sup> Lib. XII. c. 1.

illapsis cibis contractas causatasque absterse-  
rint<sup>a</sup>. Comedendo potius simus paratiores ;  
vereor ut eibus hac morâ atque colloquio gra-  
tissimum gustum sit exuturus. Velim itaque  
aliquis vestrum huncce gallum arripiat , in-  
que partes dissecet , quod cum plurimi meum  
pronuntiasent officium neque ego honeste  
possem effugere , aut belle satis remove-  
re , manum admovi operi , ac dissectum illico  
caput tradidi , quocum paulo familiarius age-  
re posse mihi videbar , pictori hac adjuncta  
petitione. Quæso argutarum levissimarum-  
que linearum scrutator ac iudex subtilissime ,  
diffindas hujusce galli gallinacei ( talem enim  
eum fuisse indicat cum corporis maxima mo-  
les tum adjacens prægrandior crista ) caput ,  
ut verbo utar multis neglecto , diligenter ru-  
spare , num bina illa Gallorum regis queas in  
cerebro per medium diviso deprehendere in-  
signia una in parte *Bufonem* minimum , qui-  
bus olim primi reges Gallix pro insignibus  
utebantur , ac in altera , quibus nunc utun-  
tur , *lilium*. Quod certissimum a Petro Gre-  
gorio<sup>b</sup> symbolum habetur , *Monarchiam ulti-*  
*mam in regem Galliarum devolvi debere , utpote*  
*qui à Deo tantis decoretur cœlestibus donis , ut*  
*quemadmodum à Gallis cœpit post inundationem*  
*aqua-*

<sup>a</sup> Chrysostom. ad Psalm. xli. pag. m. 171.  
dior. Optina. juris Consult. Lib. I. c. II. pag. 51.

<sup>b</sup> Tralu-

aquarum disseminari genus humanum, ita in eos ultimum imperium redeat. Fuerunt enim Galli dicti qui in arca Noachi salvi evaserunt, id est imundati. Hoc enim Galli nomen Hebraice denotare creditur. Indeque dictum genus navigii quod Galleras dicimus ut scribit Annius Viterbiensis & expresse Xenophon. Cetera quibus hæc ex Isidoro, Plinio, adstruere conatur jam non referam, suffecerit eorum vel primaria recitasse: linguam si offenderis trade præconi nostro, nam olim in sacrificiis lingua iis servabatur, cujus rationem reddit Scaliger<sup>a</sup>. Mox illa, sedato oborto liberaliore risu, cuius convivæ ad trutinam revocabantur, & longior procul dubio super iis fuisset disceptatio, nisi Ill. Comes interposuisset. Interea, dum pictor noster & bufonem & lilium investiget Tu medice, inquit, una operarimor num in ventre lapides sis reperturus, quos olim in ore & brachio gestabant tamquam robur pugnantibus addituros, uti id toto capite Julium Africanum libro de bellico apparatu affirmare, ad Onofandri Strategicon notavit Rigaltius<sup>b</sup>. Optimè agebat Ephorus, is enim idem ex Joanne Tzerza<sup>c</sup> subjicit Romanos, quum antea bellum indicturi in hostium fines hastam injecissent, posterioribus seculis gallinaceum loco hastæ solitos injicere. Ut  
jucun-

<sup>a</sup> Scaliger. princ. p. 16.    <sup>b</sup> pag. 24.    <sup>c</sup> Histor. Chil. v.

jucundissimum ita gratissimum id fuisse oportuit, dicebat Legum peritus, si affati modo tostive illi fuerint gallinacei. Ne hoc quidem Judæus appella dicebam crediderit, sed talem si desideres, en accipe haud exiguum, unaque opera orbi ejus, unum impono: Ille modeste remove tentabat. Disceptantibus itaque nobis, quid, interponit subridens A. Hospes, de hoc gallo ita contenditis, ac si foret ille, uti nostratibus dicitur, ultimus. Quod quid significaret interroganti Ill. Comiti dicebat moris hic esse ut morti damnatis pridie ante supplicii diem præbeatur juxta amphoram vini, affatus molliter gallus. Et id, respondebat Ill. Comes apud nos in plebisque obtinet civitatibus, quemadmodum é Pontano, <sup>a</sup> observaris qui e Pierio docet Alexandrinos reges capite damnatis pridie quam securi ferirentur, non cibos, verum munuscula, quibus quos vellent possent donare, quædam misisse. Tum Theologus, de istiusmodi cœna, inquit, putem me legisse quidpiam in Lactantio de Mortibus Persecutorum c. 49. quem locum eleganter ac docte illustravit optime de republica literaria meritis Ampliss. ille Gisbertus Cuperus. Excidit jam à quo quærebatur, quamobrem Deus quarundam avium, teste Moyse, <sup>b</sup> populo Israëlitico inter-

<sup>a</sup> Artic. Bellar. Part. 1. pag. 268.

<sup>b</sup> Lev. xj. 13.



interdixerit usum aut potius esum. Causam rogatus Theologus erudita in utramque partem, tribus tamen ut ajunt verbis, è Spence-ro<sup>a</sup> deprompsit quibus, quum meæ forent respondendi vices, nihil nisi locum doctissimi medici Joannis Betti<sup>b</sup>, quo Deum optimis atque euchymis cibis populum suum cibare voluisse probat, ex tempore poteram opponere, de quo tamen me in posterum cogitandum promisi. Inter hæc jussu heri sui patinæ cuiquam nimia mora frigefactæ foculum mensarium dum apponit servus, de ejus usu apud antiquos, (is enim omnium convivarum unus fere scopus erat, nostra tempora cum antiquis componere) ex<sup>c</sup> Aristophane atque Seneca<sup>d</sup> varia testimonia afferebantur, quin imo contendebatur num *vatillum* veteres vocarint hujusmodi foculum.

M

lum,

<sup>a</sup> De Leg. Hebr. l. i. c. iv. sect. 3. <sup>b</sup> De Ortu & Natura sanguinis sect. 1. § 2. Ruminantia vero bisida uberiorem lactis proveniunt atque ad alendum aptiorem largiuntur; solus tamen camelus, quamvis ruminet. ob cibum nihilominus indoneum (spinosum nempe & ligneum) tenuissimum habens Lac, ea forsitan de causa Judæi inter pecudes immundus numeratur; hæc etenim ut plurimum (idem dicendum de avibus esu prohibitis, quæ omnes exsucca sunt, veluti aquila, struthio, milvus, noctua, vultur) sunt cachymæ, contra quam iis quæ vere nutritivam lactis indolem redolent, usus venire compelluntur. Jure itaque cautum erat, ne comederentur hujusmodi: quo populus, qui bello potens futurus erat laborumque patiens, optimis sibi que propriis anutriveretur cibis. Unde admiranda, ac summis laudibus celebranda venit infinita Conditricis Sapientia bonitatis, non pro mera voluntatis nutu humanum genus regens ac legibus coercens, sed pro ejusdem bono ac commodo mandata sua sapientissime ac benignissime attemperans. <sup>c</sup> Arachn. iv. 1. p. 414. <sup>d</sup> Ep. 5. & 95.

lum, quo modo vetus Horatii Interpres apud auctorem legisse videtur, non uti plurimæ editiones, *prunaque batillum*, quamquam alii, sed nescio qua autoritate legant *catillum*. At Robertus & Henricus Stephani in margine suarum editionum addunt nonnullos scribere *Vatillum*, & certe meo iudicio rectius ita enim Glossarium Philoxeni: *Πυράμις, vacillum, Πυράμις, ἢ πυράμις, Vatillum* non autem *batillum*; Varro tamen & Plinius constanter *batillum* exhibent. Hoc propius sibi attracturus A. Hospes, haud leviter adurit pollicem atque digitum medicinale, quod animadvertentes convivæ, nullus non ex templo remedium eximium, efficax, & ut cum Marcello loquar, experimentatum, quodque sibi optime conducturum videretur protulit, quæ sibi invicem tamen profusus adversabantur. Hic perfrigerantia, ille concalescentia laudans magnopere. Quidam cœnum platearum inter arcana habebat, imo validissime prodesse etiam poma putida confirmabat. Alter saponem communem dolorem mulcere, plerique oleum olivarum cum albumine ovi conquassatum & illitum mirabili effectum pellere; item seminis cotonei mali mucum ex aqua florum sambuceorum cum tantillo camphoræ contritum & super

superpositum celeriter dolorem abolere contendebat; alius sambuci baccarum succum ad mellis crassitudinem coctum vulgoque Rob Sambuci dictum in vini spiritu dissolutum brevi dolorem ponere asseverabat. Alius vero cœpæ crudæ cum oleo contusas vestes potenter dolori subvenire. Mihi autem quid maxime faciendum videretur, quum rogaret vir ille Amplissimus, respondi simplicissima me cum viris Doctissimis optima habere medicamina, eaque sumenda quæ proxime ad manum forent, adeoque lactucæ superstrata assumpta cœpa eaque cum pauxillo sale triturita à foris imponere illam jussi, quod repente dolorem non tantum mira velocitate resolvit verum prorsus avertit atque sustulit, commodiore tempore num frigidis usi fuerint prisca explicaturus. Hoc tamen in præsentiarum posse diere Theophrastum libro de igne exque eo doctissimum Langium excalescentia perfrigerantibus, quæ non nisi poros obstruunt, eoque malum adaugent, longe prætulisse. Præbuit hæc occasio materiem quæstionis an acidum usque adeo obsit hominum sanitati quam quidem volunt hodierni quidam non indocti certe medici. Hanc cum a me secari vellent litem in medium adduxi, omni exceptione majorem testem à Hippo-  
M 2 cratem

cratem cui saltem aures rogavi ut præberent, seque credulos ἄρα ὄξυς χυμὸς ἀνεπιτήδειος πρεσφόρων ἂν ᾖ λοιπῶν μάλιστα εἴη. Ergo acidus humor reliquos præcellens maxime incommodus fuerit causam alio loco reddit<sup>a</sup> ἐπὶ ἧ καὶ τὰ ὄξέα ἐφλεγματώδεα. i. e. Insuper autem etiam acida pituitosa sunt, imò oscula venarum aperire & expurgare, eo quod attenuant atque mordent<sup>b</sup>, altero de Diæta volumine scripsit. Ac præter hunc Simonides apud amœnissimum, qui nobis in deliciis est, scriptorem Athenæum<sup>d</sup>. Ξενοφῶν ἡ ὀμοσικώτατος ἐν τῷ Ἰππυραφομύῳ Ἰέρωνι ἢ τυραννικῷ ἀφειδίκειν τὰ τριῦτα μηχανήματα κατ'ἀνεύρηκας, αἰσθητικῆν τῆς τυραννίδος, ὄξέα, ἢ δερμεία ἐρυφνά, ἢ τὰ τέτων Ἀδελφά, πάνυ μὲν ἐν, ἔφη ὁ Σιμωνίδης, ἢ πάνυ γέ μοι δοκῆντα ὅσα φύσιν εἶναι, παύσαι ἀνθρώποις. Xenophon venustissimus, in opere cuius titulus est Hieron, sive Tyrannicus, hæc cibaria vituperans, inquit: Cur, Hieron, multa hæc artificia excogitasti, quæ tyrannis apponuntur, acida acria, acerba, & his cognata. Valde quidem, quod ait Simonides, valde inquam, contra naturam hominum hæc esse mihi videntur. Sed ut verum fatear, non video tamen, quamquam nolim negare plurima ex acido, præfertim nimia in copia assumpto, exoriri ma-

<sup>a</sup> De loc. in Hom. lvi. 10. <sup>b</sup> De Affectionibus xl. 12. <sup>c</sup> Text. xxxi. 12. 29. <sup>d</sup> Deipnos. l. iii. c. 33. pag. 121.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 181  
lâ, ob quorundam immoderatum usum pro-  
tinus esse abominandum omne, sive acrius sive  
blandius, acidum & ex usu tam medico quam  
culinari in exilium quasi ablegandum ac si ni-  
hil boni in se contineret, quod quam longe  
à vero absit norunt non novitii semidocti ut  
Gelliano utar verbo, verum illi omnes me-  
dici qui eruditionem atque sapientiam per  
multos annos cum arte sancta Medicinæ con-  
junxerunt comparaveruntque. At quis in  
tanta victus corporumque varietate certi quid  
statuere potis est, præsertim cum pro natura  
locorum etiam differre genera Medicinæ, at-  
que aliud opus esse Romæ, aliud in Ægypto,  
aliud in Gallia verissime doceat Celsus<sup>a</sup>, qui  
Latinissimus auctor alibi ex Hippocrate<sup>b</sup> de-  
monstrat *vix ulla perpetua præcepta artem Medici-<sup>c</sup>*  
*nalem recipere*, quod, quare Mathematicas id est  
infallibiles demonstrationes in Medicina non-  
dum queam admittere, causam esse alio loco  
enarravimus. Ex hac delapsi ad varios corpo-  
ris humani morbos, tandem ad deliberatio-  
nes contentionesque, sic malo eas cum Scri-  
bonio Largo vocare quas nostri vocant consul-  
tationes, de oculorum morbis in quibus depel-  
lendis nonnulli medicaminibus acrioribus so-  
lent, non infeliciter ut ajunt, uti; ego vero  
M 3 facio

<sup>a</sup> Præf. L. I. p. 8.    <sup>b</sup> De Veter. Medicin. XXI. 8.    <sup>c</sup> Id. p. 17.  
<sup>d</sup> Luvent. Novantiq. §. VIII.

facio cum Marcello <sup>a</sup> qui ait *mulierum & puerorum*, (quare non etiam virorum?) *oculos nulli medicamento vim sustinere posse*, adeoque se *judicare illud genus medicamento eximie prodesse proprietate quadam quod nullam in se asperitudinem habet; ut pleraque quibus fere inunguntur homines*. Nam *quæ ex cadmia, aut aere usto, ejusdemque generis pigmentis componuntur, quamvis curiose terentur naturam suam amittere non possunt numquam enim ut succus diluuntur: sed cum ad summam subtilitatem perducta sunt, tamen quasi pulverulenta necesse maneat, quæ oculorum partes velut configunt*. Quod si sancte observarent Medici ocularii, Chirurgi, ceterique, qui medendis oculis se omne suum studium ac tempus impendisse jactitant, non putem tantum repertum iri numerum qui deplorandam, illorum imperitiâ causatam, cæcitatem incurrerunt. Plura me de nonnullis aliis, in applicandis præcipue frigide medicamentis, commissis erroribus dicere volentem inhibuerunt cum Amplissimus noster Hospes, tum etiam pictor, qui famulum à poculis vocans, ait, tu puer erat utique aliquantulum statura brevior & sic etiam ministri olim vocabantur <sup>b</sup>,

*qui raptus ab alite sacra  
Misce amoris pocula grata tuo*

Tu

<sup>a</sup> De Medicam. in ib. cap. 8. p. 265.  
Ecl. v. 14.

<sup>b</sup> Serv. ad Virg.

Tu, Ganymedes volo dicere, ad esdum, mihi que munus illud deorum, poculum puto, porrige. Vix dum Cels. Comit. Ephorus audierat pictorem servum à poculis vocantem Ganymedem, quin mox, recte, dicebat, mones hac tua allusione & in memoriam revocas errorem, quem fere omnes Apelleæ artis cultores erretis frequentissime, pingendo utpote Ganymedem aquilæ dorso insidentem & quasi inequitantem, (non aliter ac si, uti olim Bucephalus pro Alexandro Magno, ita se pro Ganymede subjecerit aquila) quum potius crinibus, aut saltem humeris infixis unguibus, aquila cum in altissimum evexerit cœlum; quamvis hoc plane aliter ac longe verisimilius de navi scilicet aut legione explicuerit Lactantius<sup>b</sup>. Erroris hujus vos convincit Martialis Epigrammate 7. Lib. 1. quo comparat leonum & leporum lusus cum raptu Ganymedis, & imprimis Gemma 108. partis primæ Gemmarum à Leonardo Augustino quondam publicatarum, nuperrime de novo recusarum, cujusmodi libros vellem vos pictores diligentiori versaretis manu, persuaderem mihi totiens in vitia tam enormia non incurfuros, auditurosque tot objurgationes

<sup>a</sup> Serv. ad Virg. Æn. VIII. 278.      <sup>b</sup> Lib. 1. cap. 11. pag. 58.

tiones à viris Doctissimis vobis justissime exprobratas. Et ne hoc fingere Tibi videar, vide ob male delineatas anchoras pictores reprehendentem doctissimum Schefferum<sup>a</sup> Petrum insuper Victorium<sup>b</sup> quod Herculem pingatis leonis ora dirumpentem, quum antiqui pictores & numismata compressione laryngis interemptum abunde testentur. Quin & Cleopatram lethum sibi parantem, serpentem pectori admovere, cum brachio aspidem adegisse legatur. Magnum præterea Josephum Scaligerum<sup>c</sup> audi vos reprehendentem quod imaginum capitibus quæ in Christianorum templis visuntur, soleatis (non aliter ac statuis ethnicorum) MVI CXXX honoris causa appingere quum illi non honoris sed avium abigendarum gratia antiquorum statuis fuerint impositi, nosti enim statuas sub dio collocatas, quibus ne infiderent, aut maculas affricarent aves, ejusmodi lunulas in capite, quales ferreas plumbeasve, turrium templorumque tectis agglutinatas etiam apud nos hodie conspiciamus figebant. Sic olim בלה ערב vocatum fuisse ferrum quod templi tecto impositum erat, ne aves confidendo murum conspurerent, refert Joan. Henr. Otho<sup>d</sup>. Ulterius subji-

ciebat

<sup>a</sup> De Militia Nav. L. I. c. 5. p. 149. <sup>b</sup> Variat. Lect. L. IV. c. 22. <sup>c</sup> Comm. in Catal. Virg. p. 211. <sup>d</sup> Lexic. Rabbifico Philolog. pag. 117.



ciebat præsens theologus, pace tua facile processero, talia nimirum in sacris, à quibus potius manus erant abstinendæ, reperiri non pauca, quibus superstitionibus & idolatriis non levem præbuerunt certissime ansam. Quis enim non vidit millenis, diversis licet, modis expressum cunis incubantem vel matris gremio insidentem Christum infantem fulgore quasi diviño radians & umbella lunata circumscriptum caput adhuc representantem, non aliter ac si illud foret signum quo Christus ab aliis posset deberetque solummodo distingui pueris, cum tamen apertissimis verbis exprimat angelos pastoribus nulla alia indicasse indicia, quam quod invenirent eum involucris<sup>b</sup> obvolutum præsepique impositum; quapropter illi paulo longius à scopo discedere nonnullis doctis habentur qui hæc ad alia referre maluerint. Neque illud ante ejus passionem fuisse evincit satis, imò prorsus contrarium demonstrat cæcus cui non ita pridem restituerat visum<sup>c</sup>. Præter Sacerdotes ac Pharizeos<sup>d</sup> ipsosque Philippum interrogantes Græcos<sup>e</sup> docet hoc Samaritica<sup>f</sup> illa, quæ hoc ex signo Christum facile cognovisset adultera, ut & Judas<sup>g</sup> Isearioth, qui frustra signum osculationis dedisset

a Borremanf. Variar. Lect. c. xix. p. 251.      b Luc. II. 12.  
 c Joan. x. 24.      d Joan. ix. 37.      e Joan. xii. 21.      f Joan.  
 iv. 19.      g Matth. xxvi. 48.

diffet militibus, si umbella talis Christi caput circumcinxisset. Neque etiam post passionem umbella illa apparuit, alias namque Maria Magdalena<sup>b</sup>, illum usque adeo anxio animo investigans, facile eum, quem jam alloquebatur, agnovisset; novisse eum oportuerat saltem discipulos<sup>c</sup> piscantes qui cum illo satis diu vixerant familiarissime. Unde hanc umbellam tamquam vanam fabulam proscribimus. Verum reor me originem hujusce erroris detexisse quum legam Christi faciem, in montem postquam cum Petro, Jacobo, ac Joanne, recessisset, instar solis radiasse nisi, quod minus placet, ad effusionem Spiritus Sancti in Baptismate malueris referre. Notatu tamen dignum est antiquos inter dona deorum, quæ tamen postea hominibus, quibus blandiri vellent, tribuere, coronam radiatam statuis<sup>d</sup> apposuisse, tamquam credo divinitatis signum; qui mos an non a Moyse sit translatus, nunc, quamvis ita putem, latius non inquiram. Proximus huic error est in delineanda protoparentum è Paradiso expulsiōe, quam fingitis factam per angelum seu Cherubinum igneo gladio instructum qualem fere vidit Josua<sup>e</sup> cum è contrario sacer textus & Cherubinos numero plurali & gladium versatilem

a Matth. xvii. 2. b Joan. xx. 14. 15. c Joan. xxi. 4. 5.  
d Bernart. in Stat. lib. 1. Theb. 27. de statuis radiatis vide Barth.  
Adversar. L. 54. c. 16. e Jos. v. 13.

lem distinguere à se invicem & separate de  
 iis loqui mihi videatur. Sic enim ipsa se ha-  
 bent verba. *Et ejecit hominem & collocavit ab  
 oriente horti Eden Cherubim, & flammeum gla-  
 dium versatilem, ad custodiendam viam arboris  
 vitæ.* Quomodo & LXX interpretes tran-  
 stulere, sic ut nullus videam qui vos Che-  
 rubinum unum eumque gladio flammeo ac  
 versatili armetis<sup>a</sup>. Quid? Ridiculi insuper  
 habe-

<sup>a</sup> Quid autem proprie *flamma* illa *gladii* fuerit nondum con-  
 venit inter autores, Lactantius *ignem* quo Paradisum Deus circum-  
 vallavit ne homo posset accedere, nominat. *L. II. Inst. cap. 12.*  
 ad quem locum hæc Paræus. Variant super hac re doctorum sen-  
 tentiæ *Philo* igneos cælorum motus tum ordinatos esse, absur-  
 de satis nugatur. *Thomas* & alii quidam finxerunt Mosen figura-  
 tis verbis significare voluisse, Paradisum sub zona torrida situm,  
 ideoque hominibus inaccessum esse: quoniam recepta opinio-  
 ne, zona torrida ob nimium æstum putata est immutabilis:  
 quam opinionem experientia nostri sæculi satis refutavit. *Lyra*  
 putat significari ex altissimo Paradisi monte circumquaque tunc  
 jussu Dei, maximum ignis incendium erupisse, quo instat  
 muri cingeretur, (quæ etiam videtur opinio Lactantii.) Sed  
 hoc figmentum caret ratione. *Ambrosius* suis etiam speculationi-  
 bus indulgens, fringit, Deum hic ante Paradisum construxisse  
 purgatorium ignem, per quem post consummationem sæculi,  
 omnes fideles Paradisum ingressuri transeant: intelligenda igitur  
 per illud לַחַט הַחֶרֶב *flamma gladii*, arma, quibus cherubin

he Angeli hortum custodiunt: igneis enim mucronibus, quos  
 horrendum in modum vibrabant, Paradisum reddebant inac-  
 cessum hætenus ille. Ad zonam torridam referre contendit  
*Goerens voorbereydsel tot de Bybelsche wijsheyd VII. Boeck pag. 974.*  
*975.* Grotius ni fallor, gladium flammeum interpretatur ignes  
 ex bituminoso agro Babylonis accensos; quibus Adamo via  
 fuerit ad Paradisum occlusa. Verum missis hæc Clarissimorum  
 Virorum non rejiciendis opinionibus, visus sum mihi aliquan-  
 do, hoc non inconvenienter posse interpretari per gloriam  
 Dei, quæ tamquam lux siderca totum non modo hortum Eden  
 undique

undique illustravit maxime, verum eos tanto perfudit horrore ut prorsus conciderint, non aliter ac illud pastoribus (*Luc. 11. 9.*) quàm salvatoris mundi nativitas innotesceret iis & annuncietur ac deinde divo Paulo Damascum petenti (*Actor. 1x. 3.*) evenisse legamus, aut saltem posse comparare cum apparitione angeli in incendio rubi, eo tamen discrimine ut loco quod angeli in Paradiso apparentes, atque ignis protoparentes nostros fugarunt & exterruerunt aspectu meruque, hic Moysen fuerit collocutus & quasi exhortatus. Quid? fortean idem ignis Israëlitas duxit in deserto, etiam magos, (quis enim illius figuram descripserit) ad arborem vitæ hoc Christum allicuit & adduxit, cum e contrario flamma si ita loqui liceat ensiformis, primos parentes à via quæ ad arborem ducebat vitæ, arcuit & fugavit. Nunc vero una, opera, quæ summus Philologus Thomas Gale ad plenius investigandam enarrandamque hanc historiam mihi suppeditavit, tuam in gratiam adscribam, eoque lubentius ut me, si dignum putaris, labore tuo succurras. Hic postquam Scaligerum ad Catullum pag. 36. Eusebium pag. 28. quo loco contra Mercurialem *Variar. Lect. x. vi. c. 5.* accerrime invehitur, ita scribit: Vocabulum sonat peregrinum quid. Scribitur Corybas, Curbas, & Curbeis. Non abludit ab Hebraico Cherub. Pingebant in Adytis templorum Ægyptii animalia varia, docent nos hoc Clemens, & Hero Alexandrini; vocant ζῶα πολύμορφα: Empedocles apud Porphyrium ζῶα γυαπία. Eadem locutione utuntur interpretes 70 in Danicle ubi fit sermo de Cherubim. Orphicorum eadem est phrasid ubi de Corybante agunt, vocant enim Αἰολόμορφοι ἀνακτα, θεὸν διφυῆ, πολύμορφον. Ροῦτο, ἀγροεολόγητον & tamquam prius notum Scriptor divinus Cherub suum etiam loco eo, quo ejus primum meminit. (Loco puta superius à me allegato, ubi Moyses phrasidologiam desumit à Cherubinis in Tabernaculo memoratis.) Diodorus scribit ἐν ἀπαύρηται esse, quo patre orti sunt Corybantes v. eum lib. 3. Nota attribui eis gladium, & Arboris custodiam. Paria observare licet in sacris Corybantiacis. Quod pingi solebant Corybantes in templis, ostendit Martialis (*L. Ep. LXXI. v. 10.*) *picte stat Corybante tholus.* Dicitur quoque (quod ad gladium refero) Corybas in Hymnis Orpheo adscriptis, ἈφίϞ & ΦαίϞ. De Arbore meminit Julianus, Damascius in vita Isidori & Calendarium Romanum vetus ad xi. Kal. Aprilis, Arbor intrat, rangit & Arnobius l. v. Denique custodiam quod attinet, diserte docet Proclus Theol. libro 6. c. 13. Orpheæ Corybantibus attribuisse δύναμι φρασητικήν. Apollodorus noster apud Lexicographos conatur sed infeliciter vocis, Corybas, rationem ex Græco fonte haurire. Præter Suidam & Harpocrationem, vide Porphy-

habemini quod Cornutum pingatis Moysem teste Doct. Borremansio<sup>a</sup> qui hoc paullo altius quam quod hic referri debeat aut possit, à prima origine ni fallor, repetit, scrutatur, ac demonstrat, quem vehementer tibi commendo autorem quoniam multa de Cornuto Alexandro, Jove, Ammone, aliisque Diis congeffit scitu perquam pictoribus utilia, neque lectu injucunda, quibus si delecteris, uti certo erudiri amas quam maxime, poteris non tantum ipsum Borremansium, verum citatos ab eo scriptores etiam respicere. Hisce annuebat pictor & sibi de familiaribus admonitionibus gratulabatur quin & plura se talia velle audire exoptabat, quod quando quidem ex imo & infucato pectore videaris producere, ajebam, duo necdum memorata exempla lubens in medium tuam in gratiam produxero. Alterum est minus recte meo judicio sacrificium Caini per terram versus deflexum ac depressum quasi, Abelis vero in cœlum ascendentem depingi fumum, quando quidem sacra pagina nullius faciat mentionem, ex adverso vero expressis doceat verbis Deum Abelis victimam

Porphyrium de Abit : sed solenne est Græcis rerum hujusmodi origines ad se trahere, etiam invita Minerva sua; satis id docet quæ de vocabulo cabirus delirant, ne plura addam ex Bocharto, Heinsio aliisque. *Thom. Gale in lib. 1. Apollodori pag. 7.*  
<sup>a</sup> Varias. Lect. cap. XIX.

mam aspexisse, Caini autem respuisse, id est non aspexisse; quæ verba longe aliter interpretanda, atque, si ita velis, delineatione exprimenda dudum est quod mihi persuadeam, & sane si aliam tantummodo audieris expositionem spero fore statim Te percepturum id non fumo ascendente sed potius igne delabente esse exhibendum depingendumque. Quid utique est, quod voluit Deus ostendere, aliud quam gratum ipsi fuisse Abelis non autem sic Caini sacrificium, quod qui soleat facere Deus declarat facer Lyricus inquitens <sup>a</sup>. *Recordetur omnium sacrificiorum tuorum & holocaustum suum incineret*, tale enim sacrificium placet Deo quod totum consumitur teste eodem Lyrista <sup>b</sup>, & Moyse <sup>c</sup>. Atque hæc incineratio erat illud testimonium de quo ita loquitur Paulus <sup>d</sup>. *Per fidem uberiores hostiam Hebel obtulit Deo, quam Cain, per quam testimonium meruit, quod esset justus* (NB) testimonium perhibente de donariis illius Deo: *& per hanc mortuus adhuc loquitur* Probari hoc posse puto ratione atque exemplis. Ratio autem consistit in eo quod quia adipem Deo obtulerit, non potuerit neque debuerit non accendi, ubi enim, si ejusmodi sacrificia colligas, umquam quis animadver-

tit

<sup>a</sup> Psalm. xx. 4.    <sup>b</sup> Psalm. LI. 21.    <sup>c</sup> Deut. xxxiii. 10.  
Et Servio ad Virg. Æn. 1. v. 708.    <sup>d</sup> Ad Hebr. xi. 4.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 191  
 tit non fuisse accensa. Dein qui potuerit  
 Deo gratum fuisse hocce sacrificium si non  
 odor illius ascenderit, aut alia aliqua via ad  
 Dei ut ita dicam nares pervenerit, quod  
 certe erat absque incensione plane impossi-  
 bile; multo minus quod ex toto, uti qui-  
 dem debebat, consumeretur. Accedit,  
 quod ut primum sacrificium orbis secundi  
 fuerit holocaustum ipso odore Deo jucun-  
 dissimum<sup>a</sup> ita fuerit etiam primi orbis pri-  
 mum. Sed id sine thure atque myrrha, è cu-  
 jus ignis flamma, crepitu, colore & rerum  
 eventus antiqui prædicebant<sup>b</sup>, an vero id  
 iis etiam fuerit inspersum nunc non inqui-  
 ram. Exempla quibus hoc adstrui possit quam  
 firmissime suppeditant non tantum sanctæ  
 religionis literæ verum enim vero profani  
 scriptores. Ex sacris vide quid Aaronis ac-  
 ciderit sacrificio. *Et egressus est, ait Moyses<sup>c</sup>,  
 ignis à facie domini & consumpsit super altare nolo-  
 caustum, & adipes.* Sic Gideoni respondit  
 Deus<sup>d</sup>, Eliæ<sup>e</sup>, Davidi<sup>f</sup>, Manoach<sup>g</sup>. Sic enim  
 interpretor hæc verba; *tulit autem Manoach  
 hædum caprarum & oblationem & obtulit super Pe-  
 tram Domino & miraculum fecit ad faciendum.*  
 Adeo ut nihil putarim verius, nihil certius,  
 quam Deum igne incinerasse & accendisse  
 holo-

<sup>a</sup> Deut. 33. 12. Genes. VIII. 20. 21.      <sup>b</sup> Hoezlinus ad  
 Apollon. Rhodium pag. 32.    <sup>c</sup> Levit. IX. 24.    <sup>d</sup> Judic. VI. 21  
<sup>e</sup> Reg. XVIII. 24.    <sup>f</sup> 1 Chron. VIII. 1.    <sup>g</sup> Judic. XIII. 19.

holocaustum Abelis, quod Moyses non in e-  
 leganter aspicere dixit. Multis hæc adstrue-  
 re anxie non est necesse quum vel unus Me-  
 nardus <sup>a</sup> nubem testium proferat. Cuius in  
 Sancti Barnabæ Epistolam hæc subjicio ver-  
 ba. „ Cum obtulit Abel Domino sacrifi-  
 „ cium, ignis in ejus holocaustum è cælo  
 „ descendit, ut refert S. Ephraëm, sermone  
 „ primo de sacerdotio: Ceterum revertamur ad  
 „ justum Abel, qui in initio creationis sacerdos sa-  
 „ ctus est, discamusque ex ipso, quando in prin-  
 „ cipio victimam suam sacrificavit Deo, nonne  
 „ ignis è Cælo descendens ipsius sacrificium devora-  
 „ vit? Et paulo post. Vides primum sacerdotem  
 „ Abel in priori creatione. quo pacto ignis Cælitus  
 „ in terram deciderit, propter irreprehensibile ejus  
 „ sacrificium. Idem habetur apud sanctum  
 „ Joann. Chrystostom. Epist. ad Hebr. cap. 11.  
 „ Πῶς δὲ ἄλλως ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιον λέγει  
 „ πῦρ κατήλθεν ἀναλαβεῖν τὰς θυσίας. ἀντὶ τοῦ  
 „ ὅτι Ἀβὲλ ἐπέβλεψε, καὶ ὅτι θυσίας αὐτῆς ὁ κύ-  
 „ ριος, ἐνεπύρεσεν, εἶπεν. i. e. Quomodo prin-  
 „ cipaliter testimonium accepit, quod justus esset,  
 „ dicitur: ignis descendit consumere victimam.  
 „ Probes enim verbis respexit dominus ad Abel &  
 „ ad sacrificium ejus, dixit inflammavit. Ubi  
 „ post τὸ εἶπεν restituendum est vox Θεοδο-  
 „ πίων. Nam illi sancti Patres ex illius inter-  
 „ pre-



pretatione hanc sumpserit traditionem, ut notum est ex Haymone Alberstatensi in idem caput: *Testimonium quoque Deo perhibente muneribus ejus, sive quod ignis descendit, ut in Theodotione legitur, quia inflammavit Dominus desuper Abel, & super munera ejus. Quod confirmatur ex divo Hieronymo in Quæstionibus ad Genesim: Unde scire poterat Cain, quod fratris ejus munera suscepisset Deus, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio vera esset, quam Theodotion posuit? & inflammavit Dominus super Abel, & super sacrificium: super Cain vero & super sacrificium ejus non inflammavit.* Non possum quin hic verbo interponam virum doctissimum Fortunatum Scæbium<sup>a</sup> ex hoc Geneseos loco velle probare primum ignem, quod poëtæ furto Promethei adscribunt, uti nosti, mortalibus tunc temporis esse traditum, de quo quid sit statuendum alias videbimus. vide Lucretium Lib. v. v. 109; Nunc etiam gentilium Deos veri Dei exempla sequutos fuisse videamus. Sic enim, est apud Pausaniam: *Non longe abest Seleuci statua, cui haud obscura prodigia futuram felicitatem significant. Cum enim ex Macedonia cum Alexandro profecturus Pelle Jovi sacrificaret ligna aris imposita ultro ad Dei simulachrum accesserunt, nullisque subjectis ignibus accensa sunt.* Perspicue etiam satis Virgilius<sup>c</sup>.

N

Au-

<sup>a</sup> Sacror. Elzechyim. Myroth. Lib. i. c. 3.

<sup>b</sup> Lib. 2

<sup>c</sup> Æn. XII. v. 10.

*Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit. quæ hoc modo interpretatur Servius: Sancit, id est, confirmat, sancta esse facit: quia cum fiunt fœdera, si coruscatio fuerit confirmatur: vel certe quia apud majores aræ non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebant (forte l. incendebat) altaria. Huic adde elegantem Solini locum. Nec longe inde (a lacu Agrigentino) collis Vulcanius, in quo qui divinæ rei operantur, ligna vitea super aras struunt, nec ignis adponitur in hanc congeriem: cum proficias intulerunt, si adest Deus, si sacrum probatur, sarmenta licet viridia sponte concipiunt, & nullo inflagrante halitu ab ipso numine sit accenditum. Ibi epulantes alludit flamma, quæ flexuosis excessibus vagabunda, quem contigerit non adurit: nec (NB) aliud est quam imago nuntia perfecti rite voti, si autem non semper accendat saltem irradiat auctore Servio. Quibus ex omnibus meridiana luce clarius patescit non fumo in cœlum ascendente verum igne potius cœlo delabente esse depingendum, si quis verissime Deo gratum velit Abelis sacrificium ostendere. Optime respondit pictor, de sacris plane assentior, de gentilibus dicere quis posset id longe aliis planeque diversis modis fuisse productum & populo impositum. Primo quidem ut ex ipso lapide seu petra, cui potuerint injecisse sua holocausta, in quem quum infunderint*

derint oleum, statim flamma eruperit, tales namque petras reperiri Aristotelem scribere memini me nescio quo è docto viro audiisse.

*Ajunt circa Atintaniam, juxta colles Apolloniatis petram esse, in qua latens ignis non appareat quidem, sed superinfuso oleo exardescat. Secundo disciffis lapidibus aquam infundendo excitaverint ignem, nam, quod valde congruit, addēbat ex eodem auctore, ferri in Thracia lapidem, quem spinum vocant, dissectum ardere; compositumque rursus, quemadmodum & smarillem aqua perfusum accendi.* III. Si vera sunt quæ de crystallo cecinit Orpheus, mirabilem certe deprehendes accensionis causam modumque, unde & dignus est qui respiciatur locus, quem ego, uti & alios, in tuum commodum, Optime Sypesteni Latine tantum, quia Græca ex editione Doct. Eschenbachii, quæ hisce diebus prodiit, facile haurire poteris, descripsi.

*Crystallum splendentem ac pellucidum accipe manibus*

*Lapidem, radium lucidi divini splendoris.*

*Quo in æthere maxime delectatur Deorum immortalium cor.*

*Quem si in manibus gestans ad fanum accesseris;*

*Nullus Deorum vota tua remuet;*

*Audi igitur ut discas vires splendentis lapidis:*

*Quod si placet absque vivaci igne flammæ excitare,*

*Fubes aridas eum super faces deponere.*

*Tu vero ille, sole ab opposita parte irradiante,  
Statim supra faces exiguum radium explicabit:  
Qui, quam primum siccam & pinguem at tingerit  
materiam,  
Fumum, deinde ignem exiguum, denique vero flammam magnam*

*Excitabit: quam dicunt esse Antiqui matris sacrum ignem*

*Non alia magis flamma spero ego  
Immortalibus tam grata sacrificia urere.*

*Addo præterea & hoc miraculum Crystalli:*

*Quod ille qui flammæ auctor est, quam primum  
Ex igne extraxeris, subito refrigeratus palpari potest,  
Et renibus appositus, dolorem leniet.*

**Macer Lib. v. c. 41. vel potius Marbodeus de Lapidibus Pretiosis. cap. 23.**

*Sed certum cunctis stat nec dubitabile cuiquam,  
Quod lapis hic soli subjectus concipit ignem,  
Admotosque sibi solet hic accendere fungos.*

Opportune, inquit, Theologus, monuisti de aqua, nam in memoriam mihi revocas me olim legisse in secundo Macchabæorum libro c. 1. v. 19, 20, 21, 22. sacerdotes, a Nehemia emissos ad investigandum, à piis sacerdotibus in arido puteo absconditum sacrum altaris ignem, aquam densam loco ignis reperisse, qua affusa holocausta mox exarserint. Plinius<sup>a</sup> quoque ait in Agro sabino & Sidicino un-

*Etum*

<sup>a</sup> Lib. 21. cap. 107.

*etum flagrare lapidem.* At non capitis, pergebat pictor, nostra hieroglyphica, nostras argutias; miror enim vos apud Horum Apollinem non legisse quomodo ignem olim indicarent prisci, pingendo videlicet fumum in cælum ascendentem. Imo vero respondebam, quasi vos tam alte hæc repeteretis quæ dudum in defuetudinem abiere. Sed dem Tibi hoc ab antiquis ita religiose observatum, non video equidem quomodo huc sis translaturus, de quo tamen alio tempore fusius. Nunc alterum proponam detestandum revera, & nulli non abominandum Christiano errorem, quem licent & nimium erratis frequentissime, depingendo nimirum Spiritum Sanctum<sup>b</sup> sub specie columbæ, quum nihil mihi videatur Deitati magis inconueniens aut indecorum, quæ quantum colligere est, opinio originem sumsit ex baptisate nostri salvatoris, in quo Euangelistæ referunt Joannem Baptistam vidisse Spiritum Sanctum<sup>c</sup> *ὡσεὶ ὄψασθαι*, tamquam columbam super Christum è cælo descendere & permanere, quæ opinio ita occupavit omnium animos ut multi, imo plurimi ex Patribus statuerint veram fuisse columbam, alii autem columbæ tantummodo retulisse figuram. Omnes has sententias strictim colle-

N 3

gi-

<sup>a</sup> Hieroglyph. LII. pag. 76.  
1. 32. 33.

<sup>b</sup> Matth. III. 16.

<sup>c</sup> Joan.

git atque examinavit vir si quisquam alius hifce in literis verfatifsimus S. Bochartus quas recensere neque locus exigit, neque temporis permittit brevitatis. Satisfecero, autem, tribus verbis aliam horum verborum ac hujufce comparationis interpretationem rationemque dediffe, quæ hæc est: respexiffe namque omnes divinos fcriptores in inftituenda comparatione non ad corpoream tam Spiritus Sancti quam columbæ figuram, quafi illæ inter fe viderentur æquales aut fibi invicem fimiles; neutiquam fane? verum attendiffe ad volatum, & fimilem defcenfus modum, adeoque geminos, minimeque difpares inter fe comparaffe tractus, quales ufurpant columbæ, quum mapaliorum tabernarumve rufticarum foieant petere culmina, ut rectâ videlicet, brevi, & fine leviffimâ quidem alarum agitatione quam celerrime ac facillime defcendant, quemadmodum diu multumque obfervarunt illi, qui in columbarum volatum, & imprimis ex alto terram vorfum defcenfum oculos fuos aliquando, incogitanter licet, conjecerint: ita dicit Hofeas VII. 12 *tamquam aves celi faciam defcendere*. Sed fi ad celeritatem, qua Deus plerumque utitur, unde & vento quafi curru quaquavorfum vehi dicatur, volatûs referre malueris, non equidem refragabor. Testem

uti-

utique habemus sacris in literis Davidem<sup>a</sup> exoptantem se habere alas columbares ut avolaret & requiesceret, imo addit, *ecce elongabo me transmigrando, commorabor in deserto Selah. Festinarem* (vide causam voti) *erueret me a vento qui suscitatur*. De celerrimo avium volatu videre possis Bochartum<sup>b</sup> qui ex Damir refert columbam omnes aves, quotquot sunt, volatu superare. Ceterum si etiam hæc velis gentiliū probari exemplo; en descensum Mercurii apud Statium.

*Defluit, tenuique exceptus horruit aura.*

*Nec mora, sublimes raptim per inane volatus*

*Carpit, & ingenti designat nubila gyro.*

ad quæ Luctatius: *quasi more avium*, ut volatus ipsius videretur esse descensus in gyrum, qui in hoc differt quod nos rectum potius arbitremur. Neutiquam enim conveniret, (salvo honore dixero) Spiritui Sancto includere sese animalis alicujus specie atque sic se visendum præbere oculis humanis quum necessitas id non exigeret. Quod si jam vel exegisse concessero, licet id nullus credam, nemo eam potuisset videre mortalis superstes, quoniam alias latius ex præceptis divinis probavimus nullum hominem quivisse Deum aspiciere ac in vivis manere, quod hic certe ita

N 4

videre-

<sup>a</sup> Psalm. LV. 7.

<sup>b</sup> Hieroz. Part. 11. L. I. c. 2. pag. 13, 14

<sup>c</sup> Lib. 1. Theb. v. 309.

videretur fuisse factum. Quid? enorme sane & pene ridiculum, ut hoc verbo subjiciam, nulli non potest, non videri, statuere ipsum Spiritum Sanctum spreto quasi de non conficienda aut effingenda <sup>a</sup> Dei imagine præcepto, induisse formam avis, cum certus esset quanta superstitione homines, & imprimis illo tempore, ducebantur; Quamobrem Deus olim Moyse <sup>b</sup> non nisi vocem, aut nubem, aut igneam columnam, aut ad summum postremas suas demonstravit partes, quæ tamen ipsæ, quod sæpenumero sum miratus, ab eo, forte dictam mox ob causam, non describuntur. Simile quid imitari voluere antiqui in simulachro jovis cui hoc Callimachi legitur inscriptum.

*Quænam hæc forma? Dei. Cur versa est?  
fulgura lucis*

*Divinæ non fert debilis hæc acies. (a)*

Neque aliter hic mihi videtur exponendus locus, quam ille divini Lyrici Ode CIII. comm. 5. quo dicit *renovabitur ut aquilæ adolescentiæ tuæ*, quæ verba nemo interpretabitur ac si aquilæ juvenescerent, postquam senio fuerint confectæ, si quidem id negant omnes scriptores qui rem accuratius paullo

EX2-

<sup>a</sup> Deut. iv. 16. 17.    <sup>b</sup> Deut. iv. 12.    (a) Pith. Veter. Epigr. pag. 2.



examinarunt, nec moramur quæ de juvene-  
 scente aquila refert *Consalus Ponce de Leon ad*  
*Physiologum S. Epiphaniæ cap. VI. pag. 23. 24.*  
 Quid! ipsa id negat natura, licet permulta  
 de avibus, quas inter primum locum occu-  
 pare, hoc concessio, deberet totiens redi-  
 vivus Phoenix, eiusmodi falsa ab antiquis fue-  
 rint ficta aut saltem falso credita, traditaque.  
 Longe itaque verisimilius & elegantius ex-  
 plicueris Davidem voluisse innuere, Deum  
 virum probum atque pium indies quasi in-  
 staurare ac in ejusmodi reducere juventutem,  
 qualem firmam habere fertur aquila quum  
 sit junior ex ovo quasi recens prognata & ex-  
 clusa; neque ab hoc scopo aberrare mihi vide-  
 tur Propheta cum ait: *⁹ sperantes in Domino mu-*  
*tabunt robur, ascendent ala sicut aquilæ.* Objicie-  
 bat è convivis aliquis admodum doctus super  
 capita Apostolorum linguas *⁹ et tunc in effu-*  
*sione Spiritus Sancti fuisse visas, adeoque*  
 potuisse accidere ut veræ columbæ viderit  
 Joannes figuram. Concederem quamquam,  
 respondi, veras fuisse linguarum figuras, non  
 tamen exinde probari potest veram fuisse, uti  
 quidam volunt, columbam, quippe quod si  
 hæc duo inter se comparentur quam longissi-  
 me differant 1. quod nullus dixerit linguas  
 ipsum Spiritum Sanctum repræsentasse ne  
 N 5 dum

dum fuisse. II. Quod donorum S. Sancti licuerit facere imaginem aut, ut ita dicam, representationem. III. Quod in Baptismate Christi descenderit ipse Spiritus Sanctus, qui a Joanne, & quare etiam non à Christo! visus nulli apparuit amplius; in missione vero Spiritus Sancti in Apostolos linguas istas & (N. B.) ipsos Apostolos non linguis illis igneis verum Spiritu Sancto repletos fuisse legatur igneas ab omnibus visas sic ut Spiritus Sanctus quo Apostoli fuerint superfusi, longe aliud quid fuerit diversum ac distinctum ab istis, quæ videbantur, linguis, quas ego typos eloquentiæ & ἱερογλυφικᾶ potentia verbi divini malle exponere. Quod autem hoc factum sit <sup>a</sup> σωματικῶς εἶδει, valde erat necessarium quando quidem I. nullus potuisset fuisse certus de superfusione Spiritus Sancti, si illa ab aliquo non fuisset visa; talis namque fuisse dici potest illa effusio Spiritus Sancti super Mariam, quam ei annuntiavit Angelus<sup>b</sup>. Secundo quod si corpoream id est visibilem figuram non habuisset neutiquam potuisset videri, siquidem Spiritus, quanto itaque magis ipse Deus, Spiritus spirituum dictus, mortalibus oculis plane est invisibilis; quapropter ut de veritate constaret, corporalem id est spectabilem necesse erat

<sup>a</sup> Luc. III, 22.    <sup>b</sup> Luc. I, 35.

erat conspici tractum, qualem in descensu, uti jam dixi, solent efficere & exhibere columbæ; quomodo delabentem è cælo ignem vidit <sup>a</sup> Moyses. Hinc rectissime in omnibus editionibus Novi Testamenti accuratioribus præcipue Stephanianis inter duo commata, ὡσεὶ πνεῦμα, distinctum legitur <sup>b</sup> κατὰ βῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον σωματικῶς εἶδει, ὡσεὶ πνεῦμα, ἐπ' αὐτόν. Et σωματικῶς εἶδ' <sup>c</sup> refertur ad ipsum Spiritum Sanctum vel potius ad apparentem ejus descensionem non vero ad similitudinem columbæ. Sic Christus discipulis suis, potestatem quam in diabolum habuerant enarrantibus dixit. <sup>c</sup> ἐξώρου ἢ σατανῶν, ὡς ἀσραπὴν, ἐν τῷ οὐρανοῦ πέσοντα. Hic licet Christus dicat se vidisse delabentem instar fulminis è cælo diabolum, non tamen inde aliquis probarit diabolum habuisse formam fulminis; uti neque animalia, quæ Ezechiel juxta flumen Chebar vidit fulguris instar abeuntia atque redeuntia fulmen retulisse. Ipsam vero vocem καταβαίνειν quod attinet, quid aliud, quam terram versus descendere significat uti ex locis parallelis satis superque demonstrari posset, sed alterius sunt illa loci; notandum tamen Evangelistam synonymis id etiam expressisse uti Actor. x. 44. 45. xix. 6. & xi. 15. Sic etiam Spiritus Dei super Ezechielem dicitur

<sup>a</sup> Exod. ix. 23. <sup>b</sup> Luc. i. 17. 22. <sup>c</sup> Luc. x. 18.

citur delapsus<sup>a</sup>. De comparatione etiam plura, si liberet, possem apponere, sed illa transeo. Me autem quid fuisse crediderim si rogaris, ingenue fateor nescire, neque quicquam certi posse describere, eo tamen valde inclinare, ut *igneum dumtaxat tractum aut radium* longo limite lucem dantem ut cum Virgilio loquar, repræsentarit, si quidem Deum igne circumdatum in Sinai montem<sup>b</sup> descendisse legimus. Ita quoque Mosis & Christi facies igneas aliquando apparuisse scimus, qui fulgor sanctitatem retulisse non absurde fortean dici posset; sicuti etiam carbo ille vivus ex altari a Cherubino desumptus, quo Jesaiæ lingua attingebatur. Quin imo Joannes Baptista prædicit Christum Spiritu atque igne (Apostolos scilicet) baptizaturum, quod fecit quoque in effusione Spiritus Sancti in Festo Pentecostes; quin imo potius mox cælum ascensurus in signum fortean ut ita dicam legationis, in eos Spiritum Sanctum flatu effudit, dicit enim καθὼς αἰπέσαλκέ με ὁ πατήρ, καὶ γὰρ πέμπωμαι. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, λάβετε πνεῦμα ἁγίον; quo character Christum ornaverat primum, uti vidimus, Deus; quem voce sua roboravit cum subjicit hunc suum esse filium ipsius beneplaciti, cui auscultandum<sup>c</sup> jubet

Neque

<sup>a</sup> Ezech. xi. 5. <sup>b</sup> Exod. xi. & 18. <sup>c</sup> Joan. xx. 21. <sup>d</sup> Matth. 17. 5.

Neque ἀσύνβολοι forte dicetur qui omnes illas in V. T. memoratas ignium è cœlis deiectiones hujus effusionis typos fuisse statuerit. Sin autem ad *ventum* seu *flatum* malis referre idem ille locus suppeditabit *ventum* totam domum implentem, uti antea templum <sup>b</sup> replebat fumus, quo usus est ipse Salvator, quum afflatione discipulis suis <sup>c</sup> Spiritum Sanctum affunderet. Sed nihil certi determino videntur tamen simile quid excogitasse gentiles quum stellam derepente de cœlo in humeros Eurythēmitēs, cum Bœotus Neptuni filius uxorem sibi deligeret, cecidisse atque mox evanuisse referant. (a) Verum hæc, uti & alia mea, quæ probe novi quam sint exigua, libens vestris limatissimis subjicio ingeniis æque ac judiciis acutissimis, auditurus avidissime, quæ vel alia, vel meliora supposueritis. Fiet in posterum satis tuæ petitioni, dicebat Ampl. Hospes, ubi a mensa surrexerimus, vel potius integrum hujusmodi quæstionibus dicamus diem, nunc hilarem hunc teramus & lætum.

*Nunc enim est bibendum*

*nunc pede libero pulsanda tellus.*

Huc ades itaque puer & aliquantulum majus

<sup>a</sup> Ies. vii. 4.  
pag. 7.

<sup>b</sup> Joan. x. 12.

<sup>c</sup> Plutarch. de Fluv.

us cælatum illud porrige poculum, & si velitis, superaddit, vinum coronemus. Hoc, si recte capias ajebat præfens Theologus, annuo, sin minus aut Ahasueri seu Persarum legem hic promulgari aut Spartanorum institutum obtineri velim, quos teste Megillo Lacedæmonio computationes legibus prohibuisse auctor est Plato<sup>b</sup>. Alterutrum respondebat, Nob. Hospes, aut, si imperaris, utrumque obtinebis, nullus enim, si me recte nosti, iste mihi scopus nedum mos est, verum quid tu per vinum coronare aliud, quam exornare floribus intelligis? quasi vero, dicebat sacrarum legum antistes, tu nescires veteres quum ad supremum marginem usque impleverent crateras *vina coronare*<sup>c</sup> vocasse. Fatebatur illud A. Hospes at illud intendisse pernegabat. Fortean exoptares, interponebat dicax sane, qui latus ejus claudebat Jurisconsultus, Orator sanctissime, si quidem Græcos in testimonium & exemplum vocas, Græcorum more a minoribus poculis incipi & per gradus quasi ad majora ascendere, quemadmodum variis ex autoribus probat, clarissimus tuus, quo unice delectaris,<sup>d</sup> Meursius. Scilicet, ajebat concionator, ac si apud nos veluti apud vestri fori homines obtineret illa

è Græ-

<sup>a</sup> Drusius Observat. LXII. c. 7.    <sup>b</sup> De Leg. lib. I. pag. 637.  
Tom. II. ed. H. Steph.    <sup>c</sup> Serv. ad Virgil. Aen. I. V. 728.  
<sup>d</sup> Spicileg. ad Theocr. pag. 67.

è Græcorum convivii delata lex (vestra enim omnia leges crepant,) <sup>a</sup> aut bibat aut abeat, putantes, credo, eo se ingenia excitare, veluti id summi illi poetæ Homerus, Anacreon, Æschylus, Ennius, qui numquam nisi bene poti ad arma profiliere, exemplis suis confirmarunt. Dein si tu mox allegatum accurate legisses Meursium illico è Philone improbatum observasses pessimum illum morem nimis proh dolor? hodie adhuc apud Græcos si ocularis eoque fidelioribus testibus Georgio Wehler <sup>b</sup> & Joanni Chardino <sup>c</sup> fidem tribuere volueris, & in primis Muscovitas <sup>d</sup> qui non bona, non virginem ut Propheta \* ait; sed liberos, uxores, imo se ipsos denique potatione in servitutem redigunt, <sup>e</sup> obtinentem, præsertim quum usum Caffé prætexant computationibus, jactantes more Orientalium gentium è Turcarum <sup>f</sup> vinum jure jurando abdicasse, ejusque loco hac potione uti, quod facile concedi potest, quando quidem id non abstinentiæ sed inopiæ ergo faciunt. Sic enim idem P. Angelus a S. Joseph. *Unica ferme indigentia Orientales ad sobrietatem inducit, ridiculum reputant vini potum nisi ad ebrietatem perveniat. Turca potissimum eo usque potant*

<sup>a</sup> Cicer. Tusc. q. 1. c. 21. <sup>b</sup> Voyage. pag. 344. <sup>c</sup> Voyage. en Perse. pag. 113. 114. \* Joel. 111. 3. <sup>d</sup> Klenck. Ambassade na Mulkouw. xxvi. Hooftstuk pag. 104. <sup>e</sup> P. Angelus a S. Joseph Gazophyl. ling. Pers. pag. 320. & 155.

tant donec quasi mortui in sole jaceant. En Orientalium populorum ac Turcarum jactatam adeo integritatem ac continentiam, a Græcis, quorum terras occupant, hæredio quasi acceptam. Præfero longe potius Anacharsin eumque ac Ebulum poëtam Cyprium <sup>a</sup> imitandum arbitror; quorum prior quatuor dumtaxat pocula enumerat inter quæ ultimum prorsus est negligendum. I. enim ad *sitim*, II. ad *hilaritatem*, III. ad *voluptatem*, IV. ad *infamiam* pertinere refert. Alter verò primum *sanitati*, alterum *amori*, tertium *somno*; quartum non utique nostrum sed *injuriæ*: ultimum *Mercurio* tamquam somni largitori tribui voluit. Optime respondit Jurisperitus, videris enim hinc velle concludere quatuor dumtaxat bibenda esse pocula, at nullus dubito quin ea vino cupias impleri meliore i. e. COS, quod pace tua, dixerim; Theologico; nosti utique proverbio Belgico confirmari laudatissima ac meraciora vina apud Theologos sacerdotesque reperiri. Quod ne tibi aut fingere videar aut exprobrare testem citabo Erasmus <sup>b</sup> qui ad hanc motam quaestionem rogatamque causam quendam inducit respondentem. *A Jurisconsultis occupari quas vocant præbendas, decanatus, & archidia cona-*

135

<sup>a</sup> Alexand. ab Alexand. Genial. (dicr. v. 21. ad pag. 157.  
<sup>b</sup> Adagior. pag. 458. *Pensificalis cona.*



*tus, Theologis nihil reliquum fieri, præter curata  
 vit vocant sacerdotia. Cæterum de pastoribus scri-  
 ptum est, peccata populi comeditis, nimirum ad cibi  
 tam duri concoctionem opus esse vino efficacissimo. At-  
 que hinc natum esse vulgi dictum. Quibus subi-  
 rasçi homini faceto atque falso Theologum  
 ubi animadverterent omnes & præsertim N.  
 Hospes, noli, inquit vir reverende, hæc in  
 malam accipere partem, primum quod scias  
 hæc a fæce populi dici, & ad alias pertine-  
 re sectas, secundo quum videas id animi  
 dumtaxat relaxandi jocandique, non vero  
 blasphemandi, uti reris, causa vicinum tuum  
 in medium protulisse. Oro ne fastidioso su-  
 percilio invidus adsis*

— *Culpare jocos Musamque paratus, nam*

*Posterius graviore sonotibi Musa loquetur*

*Nostra, dabunt cum securos mihi tempora fructus,*

*Ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu.*

Nunc ad amussim adeo rigide omnia examina-  
 re dicta factave non oportet non enim amici  
 tantum, sed familiares sumus; adeoque im-  
 pune jocari licet, scimus utique omnes

*Amicum ledere ne joco quidem licere.*

Verum absque joco, urbanitate, salibus ve-  
 neribusque si simus, hodierna nimis severa &  
 plane Philosophica erit cœna, austeriusque  
 convivium, quod celebrandæ lucis annuæ,  
 O quam

quam principem vitæ habui, vobis amicis nunc do. Collige te & antiquitatum etiam harum peritissimus, mox recordabere non solum morum verum etiam legum apud priscos convivalium; non enim, qui tenacioris es memoriæ; excidit præter bellos homunculos atque lectum locum, lectumque tempus & apparatus non neglectum; Varronem etiam *id temporis habendos censere sermones non super rebus anxii aut tortuosos, sed jucundos atque inevitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate utiles; ex quibus ingenium nostrum venustius fiat & amœnius.* Quod profecto, inquit, eveniet si de id genus rebus ad commodum vitæ usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendis loqui non est otium, ut alia taceam quæ subjungit venustissimus scriptor Agellius. Verum ne longior sim & vestra hæc contentio serpat ulterius, sumite amabo, hæc amicitiae consecrata pocula, & vino, cui amicitiae parandæ vis inest non exigua auctore Athenæo <sup>b</sup> hanc vestram diluite liticulam: & vos, ceteros convivas alloquens, ait, cælatum pictori, hunc propinate calicem, quem quum accepisset, in summam tam admirationem quam laudem est abreptus, adeo accurate namque referebat effigiem Principis celsissimi Guilielmi III. nunc Magnæ Britanniæ Regis

a Noct. Amic. l. xi. c. xi.    b Lib. v. cap. 2.

Regis potentissimi, qua occasione querebatur an hæc inter recentiora numerari deberet inventa. Respondebam nequaquam, verum è contrario hoc longe frequentiore in usu fuisse apud priscos, quam quidem apud nos hodie; quis enim ignorat Epicuri discipulos magistri effigiem in tabulis, annulis, poculis expressam insculptamque habuisse, quod ipsum Meletio Antiocheno antistiti contigisse è Chrysofostomo docet Illustrissimus Spanhemius. Sic Macrinorum familia speciale habuisse videtur quod omnibus in ornamentis atque vasibus Alexandri Magni incidere jufferit imaginem teste Trebell. Pollione. Vanissima hæc, si qua alia, fuit certe superstitio, agebat Comes Celsissimus. Sed quia de cœlatis poculis sermo est, non possum non vobis suavissimi Lyrici Anacreontis, Ionum qui dicitur gloria, mellitissimum odarium *εἰς πρῶτον*

O 2

T 42109

a Spänhem. de us. & præst. Num. pag. 37.

b Loco citato.

c Cap. xiv. Trig. Tyrann. p. 295. ed Leyd. Videtur mihi non prætermittendum de Macrinorum familia, qua hodieque florat, id dicere quod speciale semper habuerunt, Alexandrum Magnum Macedonem viri in annulis & argento, mulierum in reticulis & dextrocheriis, & in annulis & in omni ornamentorum genere exsculptam semper habuerunt; eo usque ut tunica & limbi & penula matronales in familia ejus hodieque sint qua Alexandri effigiem delictis variantibus, monstrant. Vidimus proxime Cornelium in eadem familia virum, quem canam in templo Herculi daret, pateram electrinam, qua in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem hisariam cantinoræ signa brevibus & minusculis, Pontifici propinare: quam quidem circumferri ad omnes tanti illius viri cupidissimus jussit. Quod idcirco posui, quia dicantur juravi in oratione suo qui Alexandrum expressum vel auro gestant vel argenteo.

τήλειον ἄργυρον, quod ob voluptates, mulcedinemque Veneris atque Musæ, quas habet describit *Agellius* XIX. 9. recitare.

Τὸν ἄργυρον πρόδωκε  
 Ἡρασιέ μὲι πίνουσι,  
 Πανοπλίαν μὲν ἔχει,  
 (Τί γὰρ μάχαισι καὶ μοί.)  
 Παθήσειν Ἰκοῖλον  
 Ὅσοι δὴν βιάδονται,  
 Ποῖδ' ἔμοι κατ' αὐτὸ  
 Μὴτ' ἄστρα, μὴδ' ἀμάξας,  
 Μὴ συγνοὶ Δείωνα.  
 Τί πλειάδεςσι καὶ μοί,  
 Τί δ' ἄστρασι Βοώτιω.  
 Ποίησον ἀμπέλους μοί,  
 Καὶ βίηρους κατ' αὐτὸ,  
 Καὶ χυστεύς πάντων τις  
 Οὐκ καλῶ Δυαίτα  
 Ἐργα καὶ Βάθυλλον.

Torno mihi labora  
 Argentum & inde fac mihi  
 Vulcanæ, non quidem arma:  
 (Nam quid gradivus ad me?)  
 Sed poculum mihi fac  
 Quantum potes profundum.  
 Insculptoque in illo  
 Non astra, plaustrave illa,  
 Tristem nec Orionem.  
 (Nam pleiades quid ad me,  
 Quid lucidus Bootes?)  
 Vitem sed & racemos  
 Insculpe, cumque Baccho  
 Uvas simul prementes  
 Cupidinem & Bathyllum.

Huic non minus elegantem apud eundem sequentem oden succinebat alius; quæ si rite examinari, & accurate uti certe debet inspicias vides sane quod nullâ aptior magis conveniens poterat insculpi figura seu mavis imago; inventor quippe vini ab omnibus semper non tantum fuit celebratus verum etiam diligenter ac religiose a rusticis cultus, idque propter fructus humidos, quemadmodum Cererem ob aridos colere erant soliti, quod Varro<sup>b</sup> ob cibum potionemque factum scribit. Hujus, de Baccho loquor, ideo facies apud Naxios rectè e vite est confecta, sicuti

<sup>a</sup> Sery. ad Virg. Ecl. v. 7. 79.

<sup>b</sup> De R. R. l. 6. l.

uti ficulneus ipse, quod ficum primus ostenderit, apud Lacedæmonios veneratur.<sup>a</sup> Hic, tu medice, me appellans, aiebat Ephorus, quia & ille medicus olim ferebatur & sanitatis præses<sup>b</sup> quare hederacea corona uti & laurea fuerit obvolutus, causam nobis declara. Reponebam interroganti hanc Sextum Pompejum quodammodo indicare ac innuere cum hederam tutelæ Liberi ideo commissam statueret, *quod ut ille juvenis semper, ita hæc vi-  
ret, vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum  
alligat.* Aliam reddit omni literarum genere peritus uti a Lactantio vocatur Tertullianus<sup>d</sup> quum curiosius & plenius ab originibus usque ad profectus & excessus rei agit: *Liberum  
inquiens, eundem apud Ægyptios Osirin, Harpo-  
ration industria hederatum argumentatur quod hede-  
ræ natura sit cerebrum ab heluco defensare. Sed & a-  
lias Liberum principem coronæ plane laureæ in qua ex  
Indiis triumphavit, etiam vulgus agnoscit, cum  
dies in illum solennes, Magnam appellat coronam.* Plinius autem quod triumphum invenerit laurea coronatum tradidit. Sed verisimilius fortean dixeris quod idem qui Sol & Apollo,<sup>e</sup> cui laurus sacra, fuerit habitus quorum posterior medicinæ inventæ gloriam sibi vindicat. De hederacea, quia hoc incidit per oppor-

O 3

TURC

<sup>a</sup> Athen. Deipn. L. III. c. 5.<sup>b</sup> Athen. Deipn. L. I. c. 19.<sup>c</sup> V. Hedera. Plin. L. XVI. c. 3.<sup>d</sup> De Coron. mil. c. 7.<sup>e</sup> Lib. VII.<sup>f</sup> Serv. ad Virgil. Æn. V. 8, 5.

tunc, monere debeo, eas Judæos, volente sic rege Antiocho & impellente, in Bacchi honorem circumtulisse, uti constat ex *Machabeor Lib. II. c. 6. v. 5.* Verum perquam notatu semper credidi atque disquisitione ultimore dignum, quamobrem Bacchantes non modo rubri & anguibus coronati, verum etiam ipse muliebri pictus fuerit corpore, juxta hoc poetarum incertorum<sup>a</sup>

*Trahitque Bacchus virginis tener formam. et*

*Formosus quoque pingitur Lyæus*

cujus rationem reddens Eusebius ait: *pingitur vero Liber muliebri & delicato corpore propter mulieres in suo exercitu militantes: nam pariter ad arma viris feminas allegabat ut Philochorus loquitur in secundo Atthidis libro. Cui hasce adjungi posse aliquando sum arbitratus. Primum annon exinde occasio fuerit desumpta; quod emollire & quasi effœminare vinum soleat corpus, juxta Prophetam: Fornicatio & vinum & mustum auferet cor. Quæ eleganter conjunxit admodum Basilius<sup>d</sup>*

*Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,*

*Uno namque modo vina Venusque nocent.*

*Ut Venus enervat vires, sic copia vini,*

*Et tentat gressus, debilitatque pedes, &c.*

forte elegantius legeris *lentat*, quia ebrii plerumque

<sup>a</sup> Catal. Virgil. p. 70. 71.    <sup>b</sup> Chron. Lib. pag. 17.    <sup>c</sup> Hoesia IV. 11.    <sup>d</sup> Ver. Epigr. Pith. pag. 21.

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 215  
rumque tardos & flexos gyratosque adeoque  
tardiores faciunt gressus. Coniunguntur illa  
duo in veteri inscriptione in agri Veronensis  
Calderiano pago inventa.

GADIVS. MAGVLLA. H. SECVM. N. HABET.  
IVNONIS. BALNEA. SED. HABET. OMNIA  
BALNEA. VINA. VENVS. CORRVPVNT. CORPORA. NOSTRA.  
SED. VITAM. FACIUNT. *Balnea. Vina. Venus.*

de Balneis agam ex professo in commentariis  
quos de iis dudum quidem, fateor, promisi, at  
ex voto perficere nondum licuit. Nunc dum-  
taxat dicam antiquos mollitiei causam igni ad-  
scripsisse, quando quidem nihil magis homi-  
nes credebatur a effœminare, quemadmo-  
dum & aquæ tepor, unde Hesiodus puerulos,  
qui alia *δυωδεκατηρις* & *δυωδεκαμηνος* omnia cum  
matribus communia habebant, ex veterum  
instituto a matrum *λυτεις* arceri iussit, prout  
pluribus id nos docet *ὁ πένυ* Heinsius<sup>b</sup>. Dein-  
de quod vinum uxorios facit viros ac Veneris  
appetentes teste rege sapientissimo, qui e-  
briosorum oculos in extraneas, id est, mere-  
trices coniectos esse dixit *Prov. xxiii. 33.* quo-  
cum notissimum illud coincidit sine *Cerere* &  
*Baccho frigere Venerem*. Audi, amabo, C. Pli-  
nium secundum.

*Huc mihi vos largo spumantia pocula vino,*

○ 4

*Huc*

<sup>a</sup> Heinf. Introd. in Hesiod. cap. 19. pag. 250.  
in Hesiod. pag. 289.

<sup>c</sup> Vet. Epigt. Pith. pag. 2.

<sup>b</sup> In Notis

*Ut calefactus Amor pervigilare velit.*  
*Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris,*  
*Nam sunt unanimi Bacchus Amorque Dii*

Hincque amore Veneris Ariadnæque irretitus dicitur, quæ exponit *Anonymus de Incredibilibus cap. 16.* Coronatas vero anguibus Bistonides seu Thraces mulieres in Bacchi sacris fuisse lubens exposuerim, vel cirros instar anguium fuisse contortos, vel si mysticum quid continere malueris, vini virus seu venenum, quo quasi in rabiem homines aguntur, indicare voluisse, ceu hoc elegantissima similitudine declarat Salomon. *Prov. XXIII. 31, 32.* Ne intueare, ait, vinum quando rubescit quum dederit in calice colorem suum, ambulabit directe, in novissimo suo sicut serpens mordebit & sicut regulus dolore afficiet. Moyses quoque *Deuter. XXXII. 33.* Venenum draconum, vinum eorum, & venenum aspidum crudele. Quis enim vestrum est qui ignorat, si quis a serpente aliove animali venenato mordeatur paullo acrius, quantum deducatur in insaniam imo rabiem, adeo ut furere vere illi iecti dicantur; quocum vere bacchantes illos comparaveris, præcipue cum illud vel nomen ipsum indicet; si quidem non modo Bacchus a Bacchatione, id est, insaniam appellitetur, sed etiam sacerdotes bacchæ insanæ & furiosæ a *Θύω*, id est, sacrificio &

*insanio*



*infans*, denominentur *Ithyadæ*<sup>a</sup>, quo respexisse credibile est Solomonem cum dicat *Prov.* xx. 1. *derisorem efficit vinum, tumultuantem efficit sechar*, & *omnis qui oblectatur in eo non erit sapiens*. Desideratis illorum effigiem adi, ubi commodum erit, gemmam 135. part. 1. apud L. Augustinum, aliosque quos ex industria nunc transeo<sup>b</sup> plures. De rubore, qui *κίρρ*<sup>c</sup> possit vocari, nam ita proprie dicitur color quo vinum probatur, facilis est conjectura, quoniam ebriosi & bibaculi ut plurimum usque adeo vehementer soleant rubere, ut pene igneam gestare faciem dixeris, quam ut tegerent honestissimo sane ac convenientissimo pigmento, minio faciem oblinebant teste Tibullo

*Agricola & minio suffusus Bacche rubenti.*

de quo, ne molestus vobis sim diutius, quamvis libens quædam de origine ejus ex igne auctore Callimacho<sup>d</sup> subjunxerim, nunc nihil dicam, finem huic quæstioni impositurus hac tamen conditione, ut, quid de ophiophagia in festo Bacchi, quid de tiremis circumlacione per forum investigaveritis, vel nunc vel olim, sive coram, sive literis, mecum quam benignissime communicare non dedign-

Q 5

gnc-

<sup>a</sup> Vet. Horatii Comm. L. 11. od. 19.    <sup>b</sup> Spon. Miscell. Erid. Antiq. p. 29.    <sup>c</sup> Alciat. Parerg. L. 11. c. 1.    <sup>d</sup> Vet. E. pigr. Pith. p. 2.

gnemini. Dabimus hoc tibi dicebat Hospes, ubi plus otii fuerimus nacti. Hoc tamen in tuam gratiam subjicere debeo Cl. Reinesium<sup>a</sup> illam ophiophagiam ex vitiosa Prudentii lectione ortam, leviuscula literarum mutatione tamquam falsam removisse. nam quum antea legeretur<sup>b</sup>

— *Et virides discindunt ore chelydros*

*Qui Bromium placare volunt ille substituit*

*Virides discindunt ore choladas,*

quo de mendo ne quidem per somnium cogitasse videntur viri, quotquot Prudentium illustravere doctissimi, & quod multo magis mirandum Illustris ille Nicolaus Heinsius, quare vos omnes velim domi hæc respiciatis, ut ita amico nostro & mihi aliquando fiat satis. De triremi circumlata in Bacchi festo non memini me apud quempiam alium quam apud Aristidem, qui illud Smyrnæ obtinuisse ait, legere. Verum quid hæc tam late nunc indagamus; sumamus potius novum poculum & vinum Italicum, quod nuperrime una cum cultissima amphora amicus mihi dono dedit, his minoribus culullis, ne quis litem moveat aut Bacchi cultores non prædicet, exsicce- mus; simulque jubet, ut ex politissima illa, quam dixi, amphora vinum singulis convi- vis infunderet servus, quod sedulus quum

<sup>a</sup> Epist. ad Hofin & Rupert. Ep. 67. pag. 593.  
in Smyrn. c Ad Symm. L. 1. v. 130.

præ-  
b Orat.

præstitisset, argenteoque in canistro, quo ex veterum more<sup>a</sup> pocula porrexerat, denuo re-  
posuisset, nescio quo fane misero & singulari  
fato accidit ut frangatur pretiosissimum hospi-  
tique auro contra carum vasculum; quod  
quamvis ipsi fuerit procul dubio tædiosum  
molestumque infortunium, tamen ita pru-  
denter ac moderate se gessit ut ne minimam  
quidem subirascentis animi scintillam vel ac-  
curatissime attendenti, aut oculis, aut facie,  
ne dum verbis sibi effluere permiserit, sicut  
hinc clementissimum illius, uti olim Augu-  
sti, etiam in servos peccantes aperte obser-  
vare erat animum, quem quum perspexisset  
Comes hunc in modum hospitem suum comi-  
ter non minus quam amicissime consolabatur,  
hoc Martialis versiculo.

*Convivæ meruere tui fortasse perire,*

*Amphora non meruit tam pretiosa mori.*

Sedaturus commotos hujus inopinato casu  
animos Ampl. Hospes ex apposita po-  
culorum mensa<sup>c</sup> elegans sibi jubet a mi-  
nistro porrigi poculum paulo brevius, quod  
in honorem sanitatemque Ill. Comitis propi-  
nabat Ephoro. Hinc jam statim quærit pictor  
quando ille mos & a quibus primus fuerit in-  
ductus, & an semper pocula in usu. Respondit  
Epho-

<sup>a</sup> Serv. ad Virg. Æn. 1. 7. 730.  
ad Virg. Æn. 1. 728.

<sup>b</sup> L. 1. Ep. 19.

<sup>c</sup> Serv.

Ephorus primum cornibus antiquos bibisse,  
sic enim Nemesianus *Eclog.* 111.

*Cantharon hic retinet, cornu bibit alter adunco.*

Isidorus<sup>a</sup> dicit uros, quos agrestes boves  
vocat, in tantum protensa habere cornua ut regii  
mensis insigni capacitate ex eis pocula fiant, sic  
enim legendum puto non *Gerulae* uti in vul-  
gatis editionibus. Scio, inquit Ill. Comes;  
Nam succurrit me apud V. Cl. Ezech. Span-  
hemium dissertatione quinta (pag. 357.)  
ubi, quare cornua Baccho tribuantur, in-  
quirit, legisse id variis scriptorum locis con-  
firmatum. Ita se res habet, aio Celliss. Prin-  
ceps, nam ex Philostrati de vita Apollonii  
Tyanei libro tertio citat locum eruditissimus  
Germanorum medicus Joannes Langius Epi-  
stola supra vigesimam nona, quam de salubriore  
poculorum materia, occasione convivii,  
quale nos celebramus, ne ἀσμβολῶν con-  
vivio interfuisse videretur, conscripsisse se  
ait. Sed præter alibi, citatos a nobis locos,  
egregius est locus Æliani<sup>b</sup> de asino unicor-  
nu, quem Monocerotem vocari reor Isidoro  
(XII. 2. p. 1117.) è cuius auro exornato cor-  
nu potentiores solent bibere, idque eam ob  
causam ut contra insanabiles morbos sese mu-  
nirent, non enim convulsionibus arripi, aut  
sacro morbo affligi, aut veneno lædi, qui  
ex

<sup>a</sup> Orig. L. XII. c. 1. p. 113.

<sup>b</sup> De An. m. IV. c. 52. Vide.

ex hoc biberit, sibi persuadent. Unde forsitan illa defluxit superstitio nihil æque etiam difficile parturientibus prodesse ac ex ejusmodi cornu aut bibere, aut aliquantulum rasuræ assumere. Pocula olim quoque ex ære confecta fuisse constat<sup>a</sup>; imo fictilia, qualia Persarum Reges iis præbuisse Ctesias ait, quos ignominiose tractarent, uti & cantharis bibisse quod docemur exemplo Liberi Patris, quem semper cantharo potasse indicat Plinius.<sup>b</sup> Sed notandum bene alios illos fuisse è quibus vinum in pateras effunderent, alios<sup>c</sup> è quibus potarent quorum differentiam fateor me nondum ex voto deprehendisse. Bene illa se habent, inquit pictor ast de prima hujusce moris institutione erat quaestio. Fateor, inquit Ephorus; sed quis omnium eruerit veras primasque origines. Mihi primum, licet ad barbaros referat Athenæus,<sup>d</sup> aut Græci, aut Persæ hunc bibendi morem induxisse videntur, quippe qui præ ceteris gentibus adeo delectabantur comotationibus ut inter pocula de bello rebusque severioribus consilia ceperint<sup>e</sup>, quorum conventui cum sæpe deessent præclarissimi viri ansam arripere in illorum sanitatem bibere, una absen-

<sup>a</sup> Athen. Deipn. l. xi. c. 3. pag. 464.      <sup>b</sup> Heins. ad Ovid. Fast. v. 522.  
<sup>c</sup> H. N. lib. xxxi. c. 7.      <sup>d</sup> Scaliger ad Auson. pag. 30. ed. Tollii.  
<sup>e</sup> Deipn. l. xi. c. 1. pag. 460.  
<sup>f</sup> Alexand. ab Alexandr. v. 21.

absentium sive Principum, sive amicorum nomina clamantes<sup>a</sup> imo acclamantes *bene me benete*, uti ille apud Ovidium.

*Et bene Te, bene me, patriæ Pater optime, dixi.*

Et alios, quorum loca collegit Illustrissimus Scaliger<sup>b</sup>. Vini licet abstinentissimus sit, noster A. Hospes uti scis tamen non modo ex more Persarum sed nostræ gentis consuetudine elegantissimo poculo cui hoc Imperatoris erat inscriptum *Libertas inestimabilis res*, Procerum, Regisque Angliæ invictissimi Guilielmi tertii vitam Illustrissimo Comiti propinavit. Illud, alias enim singulis singula erant data,<sup>c</sup> quam primum Ephorus recepisset paulloque accuratius perspexisset, hoc inquit grammaticum est poculum. Quod quid esset cum rogaret Theologus, nescis, ait, legumperitus veteribus etiam moris fuisse vel literas, vel hermystichia poculis incidere; affirmat hoc & aperte docet apud Athenæum<sup>d</sup>. Enallus, qui se jam vetustum poculum, parvum, rotundum, cujus in ambitu aureis literis inscriptum erat ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, cum urinando emerisset, attulisse prædicet. Enarrant alii apud eundem scriptorem sese vidisse poculata lia dicata Dianæ, ceterisque diis. Recordor, inquit, Ampl. Hospes eorum, &

<sup>a</sup> N. Valef. ad Excerpt. Porphyri. pag. 16. Culic. pag. 9. <sup>c</sup> Chardin. Voyag. p. 284. siq. l. 111. c. 13.

<sup>e</sup> Lib. XI. c. 5. & 6.

<sup>b</sup> Ad Virgil. <sup>d</sup> Sunk. An-

quæ

quæ ad hunc locum de poculis literatis seu grammaticis scripsit Isaacus Casaubonus homo multa lectione exercitus, quæ si lubet audire mox librum jubebo depromi. Negabant modeste convivæ, sed una rogabat Theologus numquid observassem quare Josepho scyphum orificio sacci Benjaminis jusserat imponi potius quam quid aliud, uti & an illud alicujus magicæ, ut ita loquar potentia facultatisque fuisset. Dicebam me ante septennium de eo in Antiquitatibus e sacris profanis egisse latius, adeoque nihil dicturum nisi id factum me credere ut eo gravius interpretaretur furtum; quod poculum, alias in signum amicitia ac benevolentia dari solitum, furtim abstulisset. Notum enim est pocula non testanda sed amicitia firmandæ gratia amicis absentibus esse missa, presentibus data. Ne longus sim observaveritis Philinnium Machiata juxta anulum ferreum etiam poculum inauratum amicitia testanda ergo dedisse. Imo Dionysium Seniore filium suum culpasse, quod monarchia capax non haberet ingenium, eo, quod ex tot ab ipso illi traditis poculis nullum ad parandum amicum esset elargitus. Non dicam de Hemerio  
cujus

a Pag. 786. & seqq. vide Coel. Rhodig. A. L. lib. VII. c. 31.  
 b Kornmann. de Miracul. Mort. II. c. 23. c Plutarch. Apo-  
 hegm. pag. 306. ed. Sreph.

cujus meminit Athenæus. Igiturne, inquit, bat Juris peritus, hinc remansit mos apud Muscovitas teste Klenkio, quosvis pene amicos hospitesque deaurato argenteo scypho donare; non facile inquit A. Hospes dixerim; sed animadverti pocula sæpissime muneri loco fuisse data. Legistis enim observatores horum accuratissimi, Senatum Antverpiensem aureum scyphum donasse Jodoco Ravensteinio pro dedicatione operis contra Flaccum Illyricum<sup>b</sup>; Thomam quoque Morum Angliæ Cancellarium auratum, aureis nummis Anglicis refertum, ob dedicatum ipsi Luciani Hermotimum Conrado Goelenio muneri misisse poculum. At quorsum hæc de poculis nos ducit prolixior sermo, tempus est ea relinquamus ne de eorum cælaturis, formis, quidpiam addamus, omissaque de unguentis, oleis, ceterisque odoriferis liquoribus, enarremus, docerem enim olim<sup>d</sup> ollulas Rhodiacas, myrrha, croco, balsamo, aliisque rebus infectas confecisse ne nimium cito inebriarentur, verum illa craftino, si me tali honore velit dignari, latius examinemus, repetamusque altius, nunc ad cibum redeamus. Cum itaque inter bellaria apposita forent placentorum varia genera, proxime quærit Ill. Comes num

&amp; il-

a Deipnos. Lib. xi. c. 3. p. 464.  
Belg. p. 32. c Id. ibid. p. 32.  
p. 464.

q Aub. Mirzus. Elog.  
d Athen. Deipnos. xi. c. 3.



&, illud genus quod Galli solent *oblies* vocare cognorint prisci. Oportet saltem cognorint, ait Ephorus, nam, si bene memini citatur quidam Socrates apud Athenæum<sup>a</sup> qui *obeliam*, (vocatur enim *ὀβελίας ἀρτε*) quum exercitum duceret, Bacchum invenisse contendit. Vera sunt, ait A. Hospes quæ narras ex Athenæo, verum Casaubonus non ad *ὀβελίαν* sed ad *eschariten*, de quo cap. xxvi. pag. 109. agit Athenæus, videtur referre, quamquam nolim usque adeo fidere memoriæ, de spiris vero, de quibus mox loquutus est pictor, audeo paullo confidentius asseverare priscos illas non ignorasse, cum vel *πλωγες* nominatas reminiscar. Interea ex appositis olivis paullo plures assumserat tabe laborans Jurisperitus, ita ut irritata, qua laborabat, tussicula pene cibum extussire videretur; qua paululum placata, rogat eum Theologus cur

P

adeo

<sup>a</sup> Deipn. L. iii. c. xxviii. p. 111. 26. p. 208.

<sup>b</sup> Animadv. L. iii. c.

*Πλωγες*: Veteres magistri explicant *πλωγες*, *μηρύματα ἐκ σαπῆς*, *farina subacta massam in fila diductam & productam*. Ex quo facimus conjecturam, non ignorasse veteres genus illud edulii, quo plurimum delectantur Provinciales, & eorum vicini *Allobroges*, quos *Delphinates* nunc appellant. Probe subactum *φύμα* tritici excellentissimi, ducunt tractu in tenuissima fila: ex quibus seu tela quædam texitur: aliis filis stamen, aliis subtemen referentibus: deinde ubi opus confectum est, & sole siccatum, in ollam coquendum conjiciunt: sitque plane *βερύμα πλωγῶδες*, quod Erotianus ait esse *πλωγες*. Ipsi à tenuitate & subtilitate filorum *πρωγες* vocant. Deipn. L. iv. c. 15. Casaubon. Animadv. in Athen.

adeo largiter eas, cum cibus habeatur ob falsedinem perquam insalubris tustientibus, assumpsisset. Primum id medici cuiuspiam consilio id facere ajebat deinde persuasione quod præsente medico non posset peccare. Ego rogatus opinionem duobus modis eum falsum pronuntiavi, primum autem me committere illi, qui ei id suaferat, medico, alterum facile posse solvi, esse namque male perceptam interpretatamque ab eo hancce amphibologiam non enim dicendum ægrum præsente medico non peccare, verum præsenti medico, quod utramque patitur explicationem, quarum verissima est quæ statuit affirmatque ægrum præsenti medico non peccare id est damnum adferre; verum potius lucrum, nam ex ægri peccato nihil mali evenit medico, at quidem ipsi ægro, adeoque per præsentem medicum licere ægro ipsimet peccare. Post hæc orto de olivarum viribus atque vario genere sermone interrogabat ephorus numquid aliquando de Primadiis olivis legissem, quandoquidem hæ ipsi in hunc usque diem ignorarentur. Fatebar & me nuspiam præter apud Mercurialem de iis legisse, dare tamen operam ut, quæ vere fuerint, aliquando resciscam; Deinde de conservandis fructibus, deque nive temperandis refrigerandisque diversis modis vinis, non-



priscos morem circumferendi horologia obtinuisse autor est; quamquam non addat cujus fuerint structuræ atque materiei. Interea qui domum nos erant conducturi, servi accendebant faces, quas Ill. Comes videns proxime adstanti inquit. <sup>a</sup>

*Dependent lychni laquearibus aureis*

*Incensi & nocternis flammis funalia vincunt.*

quo de ritu, uti & de funalibus, an faces nempe fuerint an candelabra, varia etiam in utramque partem proferebantur, usque dum ephorus concluderet ex Servii in hunc Virgiliti locum commentariis, quæ verbotenus, ut fere semper solet, Isidorus describit *funalia fuisse funes pice delibutos; qui manu gestari & præferri solebant magistratibus a cœna remeantibus.* Valedicto hospite paullo ulterius processi iterum Ill. Comes, quem maxime poëtis delectari antea dixi, occasione forte an quod viam lacteam videret, scum hosce Ovidii versiculos, <sup>c</sup>

*Est via sublimis, cœlo manifesta sereno:*

*Lactea nomen habet, candore notabilis ipso, repetens ex abrupto rogat Theologum quid de hac lactea via, seu potius ejus candore sentiat, quidque illa sit, quid de ea veteres sensisse observarit? Is, ut promptus erat satis ingenio ac præsentis respondebat, hodierno telo scopiorum*

<sup>a</sup> An. I. v. 731.

<sup>b</sup> Orig. xix. 4.

<sup>c</sup> Met. I. v. 168.

rum usu atque ope constare, circulum illum albicantem non nisi congeriem esse minimarum stellularum, adeoque in eum non amplius inquirendum, neque aliter de eo pronuntiasse quondam Democritum cujus opinionem litteris consignavit Galenus quo loco plurimum Philosophorum enarrat varias longeque discrepantes opiniones de quibus nunc nihil dicam: sed mirandum tamen summopere est, pergebat, veteres eo devenisse dementiæ ut à lactea hac via herbis lacteum succum infundi, atque exinde fata lactescere crediderint. Sileam Samium illum Philosophum Pythagoram voluisse ideo primam nascentibus offerri lactis alimoniam, quòd putaret animam è lacteo illo circulo in terrena corpora delabi, unde & Scipioni de animis beatorum ostenso lacteo dictum est: HINC PROPECTI, HUC REVERTUNTUR: uti habet Macrobius<sup>c</sup>, vel quod sex primis diebus humorem lacteum crediderit, quod è semine esset conceptum autore Censorino<sup>d</sup>. Verum hæc olim fortassis latius deducet medicus noster in allegato a se commentariolo *De veterum in medicina superstitione* quem inchoatum in ipsius Museo videre memini. Recte, aiebam, id observasti, At de eo nunc sileamus, loquamurque potius, quia

## P 3

<sup>a</sup> De Historiis Philosophorum cap. xvii. pag. 49. Tom. II. ed. Charf.  
<sup>b</sup> Plin. xvii. c. 29.  
<sup>c</sup> Somm. Scipion. L. I. c. 12.  
<sup>d</sup> De die Natali c. xi.

quia de cœlestibus sermo est corporibus, quid de Lunicolis, Solicolis, quid de solis quiete seu terræ sentiatis motu. Valde opportune id mones, inquiebat pictor, hanc enim litem à multis ævis sub iudice hærentem dudum exoptavi audire dirimi. Id a nobis, respondebat ephorus, si expectes maxime frustra es, non enim id potuerunt longe nobis & sapientiores & doctiores; quid autem statuerint, sive id verum sit sive falsum, per me licet, quodcumque libuerit, eligas, hoc enarratu facile est. *Xenophanes ait habitari in luna, eamque esse terram multarum urbium & montium teste Cicerone<sup>a</sup>: recte, At quid addit, rogat Comes? portenta videntur. Sed tamen neque ille quoad vixit jurare posset ita se rem habere neque ego. Idem de hoc Xenophane refert Lactantius Lib. III. qui est de Falsa Sententia, cap. 23. Fovisse hanc etiam opinionem Anaxagoram Philosophum è Suida docebat legum noster consultus, qui una e Theodoreto enumerabat omnes illos Philosophos qui mundorum statuerint pluralitatem.<sup>b</sup> Huic alii addebant testem Ciceronem<sup>c</sup> alii alios: verum solis quietem, seu mavis solius terrestri globi motum Philolaum Crotoniatem Pythagoricum Diogenes Laërtius,<sup>d</sup> Nicetam Syracusium docuisse e Theophrasto probat*

<sup>a</sup> Acad. Quæst. xi. 39.  
vin. 1. 10. & 26.

<sup>b</sup> Serm. xv. pag. 58.

<sup>d</sup> In ejus vita Lib. VIII.

<sup>c</sup> De Di-

probat Cicero<sup>a</sup>, qua in opinione fuit Aristarchus, uti olim apud Stobæum<sup>b</sup> & Archimædem observavi, ac Strabonem. Inter hæc, dum de lunicolis ac folicolis, quos è Stoicis Philosophis quosdam agnovisse è Seneca probat Lactantius<sup>d</sup>, sermo est inter Ill. Comitem ac Theologum prolixior, casu è cælo delabitur stella atque hunc albicantem tractum aliquatenus & specie & præfagio cometam dici posse putabat pictor. Ephorus negat, asseverat Ill. Comes; confirmat diversis e profanis petitis Scriptoribus locis Jurisperitus, & maxime quidem exagitatissimo *Jeremiæ* x. 2. loco. ad quæ Ephorus; de ceteris prolixius agere nunc non permittit ut vides tempus; verbo autem quod ad Prophetam nostrum; neque sane Tu neque ullus mihi persuaserit, *quamquam sedere ceperit sententia hæc pariterque & eruditum vulgus & rude in eam cursu vadat*, hoc loco indigitari cometas stellæve crinitas, verum perquam quidem facile hæc verba longe aliter esse interpretanda, de cæli nempe constitutione, stellarumque aut lunæ phasibus, ut & ortu occasuque. Dicit enim primo Propheta, *viam gentium ne discatis*, quod eos fecisse affirmat sacer *Psalmes Hymno* CVI. 35. quo in loco duo sunt animadvertenda, primum quænam illæ fuerint gentes, dein qualesnam

P 4

illa-

<sup>a</sup> Acad. Quæst. II. 39.  
gr. Lib. I.

<sup>b</sup> Eclog. Phys. pag. 56.

<sup>c</sup> Geo-

<sup>d</sup> Lib. III cap. 23.

<sup>e</sup> Plin. II. 7.

illarum viarum, a Deo, ne ingrederentur, tam severe prohibita. Gentes illae erant *Aegyptii*, *Hethitae*, *Girgasitae*, *Amonitae*, *Cananitae*, *Pherefitae*, *Febusitae*, *Moabita*, *Idumaei*, quarum etiam alio loco<sup>a</sup> vetat Deus ne calcarent vias, non discas, inquit, ut facias secundum abominationes gentium ipsarum; fuere autem illae abominationes, quas vias vocat, filium aut filiam per ignem facere transire, divinare divinationem, bariolari, augurari, incantare incantationem, interrogare Pythonem, magiam exercere, querere a mortuis incestum, adulterium committere, c attondere angulum capitis, dissipare angulum barbae, incisionem pro anima in carne dare, & scripturam notare. colere alienos Deos, incurvare se soli, lunae, & omni militiae caeli, quinimo suffire Babal, soli & lunae, & (NB) signis & omni militiae caeli, nam eo devenisse videntur dementiae eorum imagines ut circumtulerint. Haec itaque accurate inspiciebant signa atque sidera quod alii constellationem, alii schema, alii genituram vocant, pulsa enim sorte, astro suo eventus assignabant & nascendi legibus, teste Plinio, id que fiebat, uti hoc verbo interponam, non tantum tempore conceptionis in utero, verum quum infans in lucem primus prodiret, quemadmodum

<sup>a</sup> Levit. xviii.    <sup>b</sup> Deut. vii. 1. Exod. xxiii. Jos. iii. 10.  
<sup>c</sup> 3 Esdr. viii. 70.    <sup>d</sup> Deut. xviii. 2. Lev. xx. 23.    <sup>e</sup> Lev. xix. 27, 28.    <sup>f</sup> Lev. xviii. 23.    <sup>g</sup> Deut. xvii. 3.    <sup>h</sup> 2 Reg. xxiii. 5.    <sup>i</sup> Amos. 26.    <sup>k</sup> Lib. ii. c. 7.



dum id latius elegantiusque demonstrat Car-  
rio. Quinimo in dies, si non in horas, in-  
vocabant, si quidem per hæc æstra hominum  
fata non moveri tantum aut impleri, verum  
etiam <sup>b</sup> mutari rebantur atque ex iis divina-  
bant, prædicebantque quidnam esset futu-  
rum, quodnam instaret, sive malum sive bo-  
num uti hoc carpit Horatius:

*Quid sit futurum cras, uge quærere*

& meridiana luce nunc docet Propheta, <sup>c</sup>  
*stent*, inquit, *nunc & seruent te speculantes cælum*  
*qui contemplantur stellas, cognoscere faciunt menses,*  
*ab iis quæ ventura sunt super te,* quæ in arte ac su-  
perstitione exercitatissimi habebantur Chal-  
dæi, quemadmodum nos docet regis Nabu-  
chodonosoris somnium, ad quod explicandum,  
exque eo divinandum advocabantur <sup>e</sup> *genethliaci,*  
*astrologi, malefici & chasdim,* quod tamen  
nulli potuerunt excepto uno veri Dei seruo  
Daniele, <sup>f</sup> qui fortean inde princeps *genethliaco-*  
*rum* vocabatur. Juvat nos Isidorus quum di-  
cit: *Astrologiam & nativitatis observantiam Chal-*  
*dæi primi docuerunt,* quamquam nonnulli ma-  
lint *Ægyptios* <sup>h</sup> fuisse, alii *Babylonios,* <sup>g</sup> alii *Assyrios* <sup>i</sup>  
alii alios quos olim enumeravimus, invenisse  
arbitrantur. Nobis perinde est, siquidem illi

P 5

omnes

<sup>a</sup> Emendat. Lib. 2. c. 2.    <sup>b</sup> Serv. Virgil. Ecl. v. 53.    <sup>c</sup> Jes.  
XLVII. 13.    <sup>d</sup> Daniel. II. 2. IV. 7.    <sup>e</sup> Dan. IV. 9. v. 11.  
<sup>f</sup> Orig. Lib. II. c. 24.    <sup>g</sup> Theodor. Serm. 1.    <sup>h</sup> Horat.  
Vei. Com.    <sup>i</sup> Plin. VII. 56.

omnes populi gentium nomine populo Israëlitico sint denominati. Illæ itaque gentes & præprimis Chaldæi observabant signa cœli, stellarumque constitutionem, tempore conceptionis ac nativitatis, tum alteriusve rei futuræ, teste locupletissimo Censorino<sup>a</sup> hunc in modum scribente. *Sed nunc ratio breviter tractanda est, explicandumque cur septimo mense, & nono, & decimo tantummodo posse nasci homines arbitrentur. Ante omnia igitur dicunt, actum vitamque nostram, stellis tam vagis quam statis esse subjectam, earumque vario multiplicique cursu genus humanum gubernari, sed ipsarum motus, schemataque & effectus a sole crebro mutari. Nam ut aliæ occasum, nonnullæ stationem faciant, nosque omnes disparili sua temperatura afficiant Solis fieri potentia. Et incertus alius auctor: Signa tropica peregrinationibus, inquit, præsent, & omnino mobilibus, & in consiliis subinde variant atque permutant, biformia geminatione rerum omnium repetitionem significant, & interim dilatione solida vehementer & instanter efficiunt, & ad exitum vel prospera vel adversa perducunt, sicut aspiciuntur a stellis vel faventibus vel repugnantibus. Multum tamen refert cujus quæque stella domus sit, alienæ an ipsius. Horum exempla si velitis è multis quæ occurrunt pauca seligam. Lunam autem imprimis observabant Judæi qui*

novi

a Dedie Natal. c. viii.

b Fragm. Censor subjunct cap.

iv. c Num. xxviii. 13.

novilunii festum solebant celebrare; quid? ipso secundi mensis novilunii tempore fundamentum domus Dei positum autor est Esdras. <sup>a</sup> nec minus gentiles qui propterea fortassis Lunam <sup>b</sup> *σημείον ἑορτῶν*, id est, *signum festorum* nominarunt & in ejus honorem biberunt. Nulli tamen Hebræi adeo fuere superstitiosi ac quidem gentiles, qui juxta quod hanc *matrem* ac *Reginam siderum*, dictam æque colerent adorarentque uti hodie Japonenses, <sup>c</sup> eandem & jaculatoribus peculatoribus & artis magicæ peritis & amatoribus <sup>b</sup> præesse voluerint imo monstra omnia ex ea demitti putarint. Ita est, respondi: verum omnes in superstitione alios antehæ videntur Græci, quos omnes actiones suas ad lunam direxisse multis demonstrat Maussacus sed præcipue in assumendis & conficiendis medicaminibus observabant Lunæ phases diesque uti nos monet Marcellus & ipse pluribus ostendam in volumine *de veterum in medicina superstitione*. Causam hujusce superstitionis a Theologo rogatus, dixit ex eo petendam quod Lunam hominibus

cor-

a Lib. LIII. c. 5. §. 57.      b Secund. Sentent. II. p. 636.  
 c Barth. Advers. III. 7. IX. 12.      d Epistol. Japonicar. lib. I. fol. 66, & 75. de Incolis urbis Aleppo. *Somers Reyse na de Levant* fol. 18.      e La Cerda ad Virgil. Æn. IX. §. 409.      f Palmer. ad Theocrit. Eid. II. §. 2, & 75.      g Hartung. decur. Locor. eomm. cap. VII. pag. 693. Tom. II. lamp. Critic.      h Scalliger ad Virgil. Catal. pag. 50.      i ad Plutarch. de Fluv. pag. 303.  
 k Vet. Comm. in Horat. I. 19.

corpus dare<sup>a</sup> crediderunt, unde minime mirandum illos quoque parturientibus eam præesse voluisse quamquam alii id ex obstetricis officio, Apollinem enitenti Latronæ præstito, deducant. Unde opinor etiam morem defluxisse quo antiqui librorum frontibus lunulas, uti notat e Turnebo doctissimus Saldenus qui ad ornatum hoc referunt, adpinxisse. Recte, sed scias velim, interponit etiam harum scientiarum gnarissimus jureconsultus me priori tuæ, de Lunæ fertilitate sententiæ adversantem observasse Sextum Pompeium<sup>c</sup> quando inquit: *mulus vehiculo Lunæ adhibetur; quod tam sterilis ea sit quam mulus*; Apud Aristidem vero & la Cerdam in Virgilium<sup>d</sup> Græcos Luna plena pugnare demum solitos, imo ipsis neomeniis, siquidem menstruæ erant, usuras solvere; unde ille Streptiades apud Aristophanem exoptat se Lunam tamquam speculum in arca posse concludere, ne umquam una cum neomeniis exoriretur dies restitutioni nummorum dicata, verebatur enim ne in carcerem conjiceretur a creditoribus; fuit enim apud præcos, moris uti docet Nannius<sup>e</sup> ut qui solvendo non essent creditoribus

tra-

<sup>a</sup> a Serv. ad Virgil. Æn. xi. v. 51. & iii. v. 73. <sup>b</sup> Delibris pag. 9. <sup>c</sup> V. *Mulus*. <sup>d</sup> 11. Platon. Orat. <sup>e</sup> Æn. 11. 255. Crag. de Rep. Lacedam. l. iii. Tab. 12. Inſt. 2. <sup>f</sup> In Nebulis Act. 11. scen. 1. pag. 169. ed. 1607. <sup>g</sup> Miscell. l. 3. c. 19.

traderentur vincti, summam debitam operam  
 compensaturi; causa, quam silentio præ-  
 terit, quod olim mutuum accipientes corpo-  
 ra obligarent, unde cum solvendo non es-  
 sent oppignoratis corporibus servitutum ser-  
 viebant, e qua ut liberarentur primus inter  
 Athenienses Solon Salaminius invenit, & Si-  
 sachthia vocabatur. Hinc jam intelligis una  
 agebat quod de debitore in carcerem coniecto  
 apud Matthæum XVIII. 30. legitur. Ad ipsas  
 vero kalendas variis ex autoribus refert V. C.  
 Henricus Noris<sup>b</sup> antiquitatis peritissimus qui  
 inde dictum kalendarium arbitratur. Ex Plu-  
 tarcho post hæc Ill. Comes narrabat Aganicen  
 Hegetoris Thessali filiam pleniluniorum peri-  
 tam fuisse, imò ex Lutatio Stati commenta-  
 tore<sup>d</sup> allegabat Mercurii stellam beneficam  
 haberi quatenus *maleficarum temperat flammam*.  
 Ephorus vero Veneris sidus uti & Jovis<sup>f</sup> salu-  
 tare creditum asseverabat, è contra vero Mar-  
 tis, quod quidam Herculis vocant, terribilia  
 prædicere. Commode pol, inquit Comes  
 Illustr. menses de Veneris stella, hanc enim ab  
 Ænea donec ad Laurentum agrum veniret  
 semper visam, & postquam pervenit, videri  
 desisse, unde & eo perventum se agnovit,  
 ex

<sup>a</sup> Anonym. de Incredibil. cap. 22.

<sup>b</sup> Cenotaph. Pisan.

Dissert. 1. c. 3. pag. 37.

<sup>c</sup> In præc. compag. in fine p. 250.

<sup>d</sup> Ad Theb. 1. v. 305.

<sup>e</sup> Vet. Horat. com. L. 1. ad 3.

<sup>f</sup> Macro-  
<sup>g</sup> Id. Ibid.

ex Varrone autor est Servius . Ipsissima vero Varronis verba leguntur apud eundem <sup>b</sup> *Ex quo de Troja est egressus Æneas, Veneris eum per diem quotidie stellam vidisse, donec ad agrum Laurentum veniret, in quo eam non vidit ulterius: qua re cognovit terras esse fatales.* Quod an non historiam magorum ad Christi incunabula stellâ lucente perductorum exacte referre dici queat judicent alii, ego vero fateor, quid propius accedat, me ignorare, nisi malitis hosce ipsius Virgilii versus,

— *De caelo lapsa per umbras*

*Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit.*

*Illum summa super labentem culmina tecti*

*Cernimus Idæa claram se condere sylva,*

*Signantemque vias: tum longo limite sulcus*

*Dat lucem.*

Id plane me assentiri aiebam, verum nuspam satis dilucide explicatum reperisse, an magorum stella disparuerit post aliquot dies, an vero iis per totum tempus itineris præluserit. Sed, ad Theologum me convertens, dico, quid Tu hac super quæstione nobiscum habes communicandum, pro tempore inquit oblituisse, & Hierosolyma discessuris de novo comparuisse; sed de hoc loco castino si Deus voluerit die, (nam is dies dicatus est illustrando tuo

<sup>a</sup> Ad Virgil. Æn. l. 2. v. 801.  
2. v. 693.

<sup>b</sup> Ad Æn. 1. v. 386.

<sup>c</sup> Æn

tuò Museo,) agemus paullo latius; nunc quia de stellis faustis infaustisque sermo est, subjiciam etiam Scorpionem juxta mathematicos præ aliis genesi infestum haberi. Quin & Canis quoque nautis apud Euripidem<sup>b</sup> malum signum est.

Κυνὸς παλαιῆς σήμα, ναυτίλοις τέκμαρ

*Canis misere sepulcrum nautis signum*

ubi scholiastes. Κυνὸς ἀθλίαις τοῖς ναύταις τέκμαρ  
 εἰς ἃ Κυνὸς σήμα. ἢ Ἀσκληπιάδης φησὶν ὅτι Κυνὸς  
 καλῶσι δυσμῶν σήμα. Optime dicebam, nam  
 de eo videndus ex Pontico Heraclide Cicero  
 in fine libri primi c. 57. qui est de Divinatione  
 & Horapollo Hieroglyphic. 111. lib. 1. Hora-  
 tius<sup>b</sup> *invisum* etiam *agricolis fidus* vocat. sed quid  
 nos hæc congerimus paucissima, multa certe  
 egregia resciscere possemus si Jacobus Gaffarel-  
 lus librum suum, quem teste Leone Allatio in  
 Apibus Urbanis (pag. 140.) promisit, *de selei-  
 nomantia hoc est Divinatione per Lunam ad mentem  
 Hebraeorum*, aliquando edidisset; quam ma-  
 teriem utinam quis eruditior juste tractaret. Id  
 inquit Theologus multi sed in cassum opta-  
 runt, adeoque & nos ea quæ occurrunt pro-  
 feramus; Fecimus, respondeo, id quidem  
 de ipsis stellis. Sed Saturni & Martis conjun-  
 ctionem infaustam dixit Peucerus qui hæc om-  
 nia

<sup>a</sup> Æn. 2. v. 693.

<sup>b</sup> Hecub. v. 1273. p. 111. ed. Steph.

<sup>c</sup> Sat. L. 1. Sat. VII. v. 26.

omnia plenius in libro de Divinationum generibus capite de Astrologia exponit, quo loco etiam vehementer in Chaldæorum *inania commenta*, ut vocat, invehitur, quæ recensere tempus non permittit, annitor enim diluere, quod vereor quosdam objecturos, *signa cœli stellas* non esse, cujus autorem tamen ac luculentum testem habeo Isidorum accurate illa distinguentem. *Quædam autem*, inquit, *stellæ idcirco signa dicuntur, quia eas nauta observant, in gubernandis remigiis, contemplantes aciem fulgoremque eorum quibus rebus status cœli futurus ostenditur. Sed ei omnes homines ea intendunt ad providendum qualitates per æstatem & hyemem vernalemque temperiem. Ortu enim vel occasu suo certis stationibus temporum qualitates significant. Omiseram prope modum Salvatorem nostrum Jesum hæc Judæis exprobrasse, quod argumento esse possit cœli observantiam tunc temporis etiam obtinuisse plus nimium. Præterea objiciet forsitan aliquis sæpe numero signa, quæ internumerantur cometæ, prædixisse mala; non eo inficias insequuta fuisse mala, verum an illa prædictio fuerit ita certa, & plurima ex parte non accidentaria aut potius fallax, non ausim firmissime asseverare, scimus utique omnes sententiam Publii Syri.*

*Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.*

Ac-



Accedit, si certum sit imminens malum præcedere aliquod denuncians signum, necesse quoque esse ut numquam a Deo immittatur hominibus malum, quin prius quam ingruat, demonstret omnibus signum prognosticum, illudque satis notabile, quo, ni à peccatis abstineant committendis maximis, insequenturæ plagæ admoneantur, quod tamen ita semper factum non usque adeo accurate potis fuit observare. Solus namque David, <sup>a</sup> uti etiam de Daniele constat, <sup>b</sup> mihi visus est, quantum lectione sim assequutus, angelum gladio armatum super Jerusalem vidisse, quum ob illicitam populi enumerationem septuaginta millia hominum pestilentiali veneno interimerentur & occumberent. Nec liquido constat signa illa, quæ a Moyse in Ægypto Pharaoni facta narrantur, fuisse cœlestia, uti quidem fuerat ex præcedentibus necesse. Verum concedamus jam signa præcurrere rerum vicissitudines & mutationes, non sequitur tamen exinde è cœlo illa esse petenda, adeoque nominandos cometas. Audias quæso Ponticum Heraclidem <sup>c</sup> Πολλάνης ἦ ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν μεγάλων πηγμάτων, ἰσορροσοί τε εἶσι τῶν βίω συμφέροσθαι σημεῖα, ποταμῶν τε καὶ πηγῶν ναμάτων αἰμοφύκταις ῥέμασιν ἐκμεινομένων. ὡς ἐπ' αἰσῶπῶ τε καὶ δ' ἑκ  
κ η ς

Q

<sup>a</sup> 1 Chron. xxi. 16. <sup>b</sup> Dan. x. 7. <sup>c</sup> Deut. vi. 22. <sup>d</sup> Al-  
 legor. Homer. pag. 466. ed. Amst.

κησ ἀεθιδόασιν οἱ παλαιοὶ μῦθοι. λόγος δ' ἔχει καὶ τῆς  
 νεφῶν ψεκάδας νεφῶν, φόνος ποί κηλίσιν ἐπικεχρωσ-  
 μέναι. id est, Interprete Gesnero. Non raro enim  
 in magnis rerum mutationibus prodiogiosa signa appa-  
 ruisse traduntur, ut fluvii, & fontes aliquando sangui-  
 ne inquinati; quod in Aſopo & Dirce quondam viſum  
 eſſe antiqua fama perhibet: quin etiam fertur ex nubibus  
 guttas deſtillaſſe cruentis infectas maculis. Quapro-  
 pter graviter errare mihi videntur qui hæc ſola  
 a cœleſtibus requirunt ſideribus. At unum  
 hoc è vobis ſuper eſt ut inveſtigem, num  
 queatis quempiam mihi demonſtrare autorem  
 qui tam certiffime, uti fertur, ſupputando norit  
 Cometarum exortum atque apparitionem ex-  
 piſcari & prædicere quemadmodum hodierni  
 mathematici Solis defectum Lunæque labores  
 in multos annos ſciant infallibiliter oſtenderes?  
 Excidiſſe tibi video, a jebat Ephorus, aut ſal-  
 tem in mentem nunc non incurrare locum Vi-  
 ri Celeberrimi, præceptoris tui quondam dile-  
 ctiſſimi, Grævii, quo Cometarum ortus uti &  
 Solis Lunæque defectus obſervari a conſultis  
 artis, & prædici ſtatuat. Nam (ſic puto habent ſe  
 ipſiſſima illius verba<sup>a</sup>) & Cometarum apparitiones  
 poſſe præſciri Thales pluresque alii teſtatum fecerunt, qui  
 Cometarum ortus prædixerunt. Quin & de hoc ipſo in  
 quo nunc omnium oculi & mentes ſunt deſixæ, a certis  
 accepimus hominibus in Germania faſtos anno ſuperiore  
 fuiſſe

*fuisse editos, quorum autor his mensibus, quibus suam in cælo facem ostendit, Cometam oriturum prænuñcia-*  
*verit. Neque facile tanto Viro, ne dum minus*  
 præceptorum tam præclaro fidem denegaveris;  
 præcipue autem si Hebræorum præcepta reli-  
 giose observare velis, qui docent cum quatuor  
 non esse litigandum, Deo, Rege, Parente, Præ-  
 ceptoribus, imo Rabbinorum<sup>a</sup> asseverantium  
 contendentem contra magistrum esse quasi  
 contendentem contra Spiritum Sanctum.  
 Sciunt, dicebam, omnes, qui nugas nostras  
 quisquillasque legere, quanti olim feci, veluti  
 & hoc ipso tempore facio fulgentissimum illud  
 eruditionis sidus, quam multo, nullius non  
 merentem, eum prosequor amore. Sed  
 ita id scio ipsi plane ingratum, discipulos  
 suos in ipsius verba jurare, aut ad ejus dicta  
 tamquam ad scopulum adhærescere, ut po-  
 tius ipsam veritatem inquirendam, ratio-  
 nemque rationi opponendam nulli detracto  
 honore, docentem sæpe sæpius me audire  
 meminerim; nec sane sine veterum autoritate,  
 quam, si quis alius, habet divinus Plato,  
 qui ipse ne Homerum<sup>c</sup> quidem veritati ante-  
 ponendum judicat.

Q 2

Neque

<sup>a</sup> Drus. Apophthegm. L. 3. Num. 170. <sup>b</sup> Alex. Morus ad Matth. cap. xi. §. 30. <sup>c</sup> Maxim. Tyr. Dissertat. 1. d De Repub. Dialog. x. pag. 593. Tom. xi. ed Steph. Πῆτις (ὡς δὲ ἔγω,) καὶ τοὶ φίλοι  
 ἴππερ μὲ καὶ αἰδῶδες ἐκ παιδὸς ἐχέουσι πρὸς τὸ μήτε Διοσκουρίδῳ λέγειν. Ἐοικε  
 μὲν γὰρ τῷ καλῷ ἀπείτῳ αὐτῶν τῷ τραγικῷ ἄρρωτος διδασκαλὸς τε

Neque fere aliter de Hippocrate atque ipso Platone Galenus. Clarissimum itaque Grævium quod attinet, putem salvo ipsius honore atque gratia (nam ad exemplum Clarissimi Vavassoris invitus & repugnans ab eo dissentio) quæ de meteoris, æquinoctiis atque aliis Thalem scripsisse refert Vossius, ad cometas transtulisse. Quæ cum a me forent relata, nescio, inquit pictor, quid viri eruditi de signis seu potius sole stellisque disputent ita acriter ac tam magna inter se concertatione dissident, secumque ipsi plerumque discordent, quum ipsi, si fas foret dicere, indies colant humanissime non modo solem, verum etiam stel-

ἢ ἡμεῶν γαστέρι. ἀλλ' ἔτι πρὸς τὸ ἄλλο θεῖος τιμῆς ἀνὴρ. pro quibus Interpres. Dicendum sane est, inquam: etiamsi amicitia quadam & reverentia, qua mihi cum Homero ab ineunte ætate intercedit, me revocat, ut quod hac de re sentiam, libere enuntiem: etenim præclarorum istorum stargicorum primus magister & dux fuisse videtur ille, at illum veritati anteponendum esse non arbitror.

a De Hippocrat. & Platon. Decret. L. III. c. 4. p. 121. Tom. 5. Οὐδὲ γὰρ ἀνὰ βασιλεῖν ὑπὸ φόβου σύμπαντες οἱ μὲν αὐτὸν, ἐδ' ἀνὰ φιλονομίας ἀτασθαλίαι σφοδρῶνται, καθάπερ οἱ παῖδες τὸν Κρόνον, ἢ πῶς διέξαν ὑπερβαλλέντως ποτε δυνάσονται τῷ Πλάτῳ, ἢ τὸ δόξασθαι ζεῖν μιμησάμενοι κόσμον. ἀλλ' ὁμοῦς ἐδ' ἄπειρος τοῖς ἀνδράσι τοσούτοις ὑπὲρ τῆς ἀλλοῦς ἐπιστήμης τὴν ψυχῆν κακοσμηθῆναι, ἡδὲ τὸν ἔχειν ἀπλῶς εἰπῶσιν ἀξίῳ πισθεῖν, ἀλλ' ἀναμνήσθητι δόξασθαι. Pro quibus Charterius. Haud enim si vel omnes ipsius posterum invidia rampantur, neque si contentionis studio impudentia commententur, (quemadmodum Christi sectatores) aut opinionem Platonis superare unquam poterunt, aut ornatum demonstrationis imitari. Attamen neque his viris adeo super alios scientiis animam ornatis, nemo mentu compos simpliciter loquentibus dignatur fidem accommodare, sed demonstrationem expectat. Videbis quæ §. 51. in Invent. Novantiq. collegimus.

b De Vi & Usu quorundam Verborum cap. 3. pag. 17.

c De Poët. Græc.

stellam, pene dixerim, qui multos ejusmodi cognovi cultores perquam diligentes, stellas. Siccine respondet illi Theologus, tibi persuades nos, aut tuam amphibologiam non capere, aut, quod equidem tuam opinionem non crediderim, ita superstitiosos esse, ut solem stellasque tenebricosi hac diurna luce adhucdum coleremus? desideras potius, autumem, ipse prædicari attentus sacrorum mysteriorum lector, quippe qui Christum à Propheta *Solem justitiæ* appellari animadvertisti, quod hieroglyphicum, ab Ægyptiis fortean, qui regem Soli, reginam Lunæ assimulantur<sup>b</sup>, deductum, apud alios quoque repertum, *Jesaias* LX. v. 1. simpliciter *lumen*, *Lucas* 1. 78. Ἀναρτλήω ἐξ ὕψους vertit. Petrus epistola secunda (1. 19.) φωσφόρον dicit. Beza Evangelii doctrinam clariorem interpretatur, cum potius Christum indigitare velle videtur Petrus, quemadmodum Ipse: Ἐγὼ εἶμι ἢ εἶζα ἢ τὸ γένος τῆς σαββῆς, ὁ αἰσῆς ὁ λαμπρὸς ἢ ὀρθρινός apud Joannem Theologum. <sup>c</sup> Pluribus hæc demonstrat Hugo de Sancto Victore<sup>d</sup> quando *sanctos doctores per Solem, CHRISTUM: per Lunam, ECCLESIAM: per singulas stellas, SINGULOS FIDELIS accepisse* doceat. Et ne videar hæc apud sacros tantum reperire

Q 3

auto-

<sup>a</sup> Malcach. iv. 2. <sup>b</sup> Anonym. ad Tab. xv. Num. 24. collect. Arscor. <sup>c</sup> Apocalypsi. c. xxii. 16. <sup>d</sup> Allegor. in Genes. L. c. 4.

autores , audi , amabo , Horatium • apud  
quem legas

*Solem Asiæ Brutum appellat : stellasque salubres  
Appellat comites.*

Posset subjungere , ajebat Theologus , Joan-  
nem etiam Christum Solem , Apostolos Stellas  
vocasse , verum suffecerit hæc de stellis e-  
jusque fallacibus maxime prædictionibus co-  
cervasse. Minime veniã tua , pientissime An-  
tistes , pergebat Ill. Comes , hanc tuam opi-  
nionem probabit Pierius Valerianus<sup>b</sup> qui sy-  
dera minime fallacia vel ipso carmine atque  
exemplo , quibus utrisque fidem adhiben-  
dam omnes facile consentiunt , demonstrat  
apertissime : vni ejus verba recitem hærent  
utique , ni fallor , bene in memoria. Audiam,  
inquit Theologus , avidissime. tunc Comes  
Cels.

*Casurum ab alta præfulem quemdam , Magus  
Cæli peritus dixerat:*

*Ille , ut careret , infimam partem domus*

*Descendit , & totum diem*

*Humi jacebat , irritas demum ratus*

*Vitare siderum minas.*

*Sed ecce sero nuncius crepusculo,*

*Episcopatu retulit*

*Fuisse trusum : miser clamans , ait ,*

*Cecidisse non poteram altius.*

Itane

<sup>a</sup> Sat. vii. L. 1. v. 24.  
Inm de Idololatr. L. 2. c. 48.

<sup>b</sup> In Epigramm. pag. 26. Vide Vos-

Itane vero! ajebat Theologus, viden Astrologorum in præfagiendis infortuniis atque calamitatibus astutam amphibologiam ut, quocumque modo res exciderit, vera dixisse videantur. Possem id pluribus asseverare atque illustrare verum ex iis hoc dumtaxat, e Thomæ Mori \* Epigrammatibus depromptum, recitabo, quod in ridiculum prognosten aliquando lusit:

*Hoc anno in regno rex nobilis ille quiescet  
Gallorum, celebrer scripserat astrologus.*

*Rex ubi vix cæpto vita defungitur anno,*

*Fam nil se vates quo tueatur, habet.*

*Rem quidam prorsum cæpit defendere, verum est*

*Augurium, rex jam nonne quiescit? ait.*

*Latius hoc verbum prorepit, & undique ridens*

*Id populus, rex jam nonne quiescit? ait.*

*Audit ut in populo hoc vates, jam serio verum est*

*Augurium, rex jam nonne quiescit? ait.*

\* Sed ego in hisce Pacuvianum consilium sequendum autumo:

*Nam istis qui linguam avium intelligunt*

*Plusque ex alieno jecore sapiunt quam ex suo,*

*Magis audiendum, quam auscultandum censeo.*

Hisce vix dum dictis pertractatisque magnus puellarum laudes Coreanæ cantantium cho-

Q 4

RUS

a Epigramm. pag. 212. ed Bas. 1518. vide si vacat lubetque pag. 195, 200, 201, 206, 216, 235, 239. b Cicero de Divin. Lib. 1.

rus nos ante fores diverforii, quojam perve-  
neramus, per momentum retinuit; desidera-  
bant namque advenæ illi ex nobis resciscere  
quænam illa ingentibus ac summo cœlo eun-  
tibus clamoribus laudata esset Coreana. Nullus  
certe nostrum de ea ne per somnium quidem  
cogitarat, aut fando inaudierat. Igitur, ait  
Ephorus, nos quænam Dea sit vel conjecturis  
experiamur an possimus assequi. Quænam ita-  
que, rogat Ephorum suum Ill. Comes, tibi  
videtur & unde appellata hæc Coreana; à  
Core respondit Cereris filia quasi *κορη* id  
est *satietas* nam satiatae cibis in saltationem at-  
que ludos uti olim, ita nunc puellæ virgines-  
que solent prorumpere, maxime autem ru-  
fici qui in triviis quadriviisque olim confue-  
rant vel clamando Proserpinam investigantem  
Cererem imitari, è quibus hæc videntur apud  
vestrates remansisse. Optime, ita me Dii ament,  
ajebam, divinasti vir doctissime, juvat enim te  
eruditissimus omnium quotquot extant gram-  
maticorum Hesychius, apud quem *κορη* di-  
citur sacrificium in honorem Proserpinæ. Ce-  
terum posset alias tribui Dianæ quæ ab urbe  
Caroea *καρυαίτις* dicitur, unde forte & ipsa vox  
*καρυαίτις* fuit fabricata, quam ad Pausaniam,  
quem utinam edidisset! sese explicaturum  
promisit magnus ille Bourdelotius<sup>b</sup> ad Lu-  
cia-

a *Κορη*.

b Ad Lucian. Tom. i. p. 789. ed. nuperr.



cianum de Saltatione, ubi egregie hanc saltationem describit, quam explicat quoque in Laconicis Miscellaneis<sup>a</sup> Clar. Meursius. Ita est, inquit, Ill. Com. s, & quamquam discrepare videamini, cum tu Dianæ, alter Proserpinæ hanc tribuatis, tamen eodem res redit, ubi ex Servio concedatis Dianam eandem atque Proserpinam<sup>b</sup> esse. Quibus ab Ill. Comite dictis invicemque summis actis gratiis una simul discessimus lætissimi. Sequentem vero diem lustranda curia, Serenissimæ Hollandiæ Comitissæ Jacobæ Bavaricæ quondam aula, ut & arce archivorum Axonumque Batavicornum olim armamentario, ceterisque ædificiis publicis, ac tandem nostra pervolvenda libraria suppellectile, nec non jucundissimis sermonibus conviviiisque, qualia Meursium, Heinsium, Scriverium, aliosque apud Rutgersium Lugduni Batavorum, ipsum vero Dordraci apud Ampl. V. Musum ab Holy agitasse in Variis suis plus semel observamus Lectionibus, contrivimus. Tertio autem ab adventu die Ill. Comitem atque ejus Ephorum pictoremque ex more antiquissimo ad portas deduximus hac ulro citroque facta sponsione, ut etiam absentes nunc sancte atque sincere contractam amicitiam, factam tectamque

Q 5

mu-

<sup>a</sup> Lib. II. c. 12. p. 156. <sup>b</sup> Appul. Metam. LXI. p. 241. ed. Pricæi

mutuis fervaremus atque coleremus officiis literisque. Ne tamen plane vacui discederent, haberentque aliquod temporis in via fallacium, elegantissimam Cl. Baudii hanc ineditam ipsis tradidi epistolam, a Doct. Limburgio mecum comunicatam, uti & Clar. Viri Joannis de Laet Commentaria in D. Pauli Epistolam ad Titum, quæ sub nomine *majorum cogitationum id est sacrarum* exoptulare opinor Heinsum in epistola qua Terentium suum Latio nostro inscribit. Gratissimum id agnoscebant certe, sed oram solvens nauta cetera, plura dicere volentibus rescidit, hæc dumtaxat iis valedicentibus recitare mihi permittens

*\* Jamne abis, & nos properans relinquis?*

*Quos tamen solâ regione linquens*

*Semper adnexa sive sine tecum*

*Mente futuros.*

*I memor nostri, remaneque vadens*

*Spiritu præsens; animis vicissim*

*In situs nostris, trabe, ferque tecum*

*Quos geris in te.*

Quibus a me dictis respondit Ill. Comes:

*— Toto licet abstrahar orbe vel ævo*

*Numquam animo divisus agam: prius ipsa recedet*

*Corpore vita meo, quam vester pectore vultus.*

imo jam navi propulsa acclamat Ephorus *te-*  
*traftichon* illud, unica mutata vocula, quod or-

lim

THEOLOGICO PHILOLOGICÆ. 251  
lim discedenti Joanni Sapido occinuit magnus  
Erasmus.

*Quando distrabimur absens absentis amici*

*Candide <sup>b</sup> JANSONI hoc tibi pignus habe.*

*Quoque magis spatium sejunget corpora nostra,  
Mutuus hoc propius pectora jungat amor.*

Habes optime atque amicissime HENRI-  
CE SYPESTEINI, quæ olim apud nos,  
quod præsentem Tibi me sæpius narrare memi-  
ni, primo die, (cetera, quæ in sequenti-  
bus evenere si per otium liceat, Tibique ac  
publico hæcce arriserint, descripturus) acta  
sunt jucundissime, quæ nunc uti in principio  
dixi, Tibi perscribo verbosius, quia æquum ar-  
bitror Te pro amore mutuo non solum mea  
negotia factaque, verum etiam amicorum dicta  
cognoscere. De hisce tamen hoc monere ne-  
cesse puto, plurima fere autorum allegatorum  
loca, quæ strictim dumtaxat in testimonium  
citabantur, ad pleniorum explicationem at-  
que intelligentiam, ut & tuum in commodum  
verbotenus esse adjuncta atque suppleta, ne  
quis nobis rigidior p'ullo censor objiciat, hæc  
omnia ne tenacissima quidem memoria com-  
prehendi potuisse ne dum recitari. Vale, &  
me, ut facis, amare pergito.

EPI-

<sup>a</sup> Epigr. p. 290. ed. Basil. 1518.

<sup>b</sup> Joanni.

*Eximio Dei seruo & Sacrarum Scripturarum facun-  
dissimo Interpreti D. Joanni Utenbogardo*

DOMINICUS BAUDIUS.

S.

**N**on te celabo, reverende & amicorum  
summe, quod turpe non est confiteri,  
præsertim apud patrem spiritualement, deposi-  
tarium intimorum meorum affectuum. Puto  
etiam te pro ingenii tui perspicacia hesternò  
die facile animadvertisse, quum simul una cum  
D. Bertio sermones ultro citroque conferre-  
mus inter nos, atque interea

*Regina cordis atque pectoris nostri*

MARIA, quo non dulcius sonat nomen

*Sub sole:*

Per vias incederet, tanto me fuisse horro-  
re perfusum, ut nec mens, nec ratio, nec  
lingua constaret. Vultus etiam prodebat  
vehementiam ardoris, nec potui impera-  
re fronti quin rubore, hoc est virtutis &  
verecundiæ colore, purpuraretur. Quod si  
um-

umbella non invidisset oculis meis ad spectum divæ, periculum erat ne in animi deliquium inciderem. Plane ita est, quo contumeliosius me fastidit, eo impotentius & impatientius illam amo, suspiro, veneror, & vitam ipsam pro demerenda eius benevolentia devovere paratus essem; ita mihi & animæ propitius sit Deus. Quocirca si umquam exercuisti vim efficacis eloquentiæ ad commovendas piorum mentes in proposito pleno reverentiæ, honoris ac dignitatis, quæso te & adjuro per memoriam veteris amicitiae nostræ, effundas heic in gratiam nostram totum Utenbogardum, nec dubita etiam in subsidium advocare operam lectissimæ tuæ conjugis. Nullius te umquam rei minus pigebit aut pœnitebit. Animam tibi debiturus sum si illam mihi propitiam reddideris, saltem ut mihi patere fores suas patiatur, ut sermonem mecum sociare dignetur, & eum audire quem maximi terrarum domini non sunt familiari alloquio dedignati. Postquam omnia dixerò, nihil de libertate voluntatis ejus delibabit oratio nostra. Neque enim carminibus pervertere sensus posse gloriatur, nec aliam vim meditor, quam quæ apud cordatam & sapientem foeminam imperio rectæ rationis pondus atque auctoritatem habere debet. Verba dare non est meum, non fuit, non erit.

Mor-

Mortuum me malim quam imponere ei cum qua ardentibus votis opto & spero cum honesta αὐταρξείᾳ in timore domini transigere quicquid huic mortali vitæ factorum benignitas adijcere dignabitur. Effice ut ingentis beneficii istius tibi sim debitor, ne humillimas preces amantis humanissima matrona velit aspernari. Legem vitæ accipiam ab ejus nutu atque arbitrio. Mores non habebō alios quam quos ea jusserit atque indiderit. Perficiam omni opera, cura ac diligentia ne quis in me nævus resideat, quem ipse livor ad calumnian- dum & carpendum arripere possit. Tu qui me ab ineunte adolescentia probe nosti, testis esse potes quam sim tractabili ingenio, quam minime difficilis ac morosus, quam natus ad amorem ipse non indignus qui amari debeam a sapiente matrona. Si umquam placida mente nobis aures impartiri voluerit, & semel degustaverit suavitatem nostræ consuetudinis atque conversationis, non dubito quin agnoscet veteris vestigia flammæ, aut ejus animum numquam afflavit cœlestis ille Cupido, quem princeps ingenii atque doctrinæ Plato definiebat. Θεῶν ὑπηρεσίαν πρὸς τὴν ἑπιμέλειαν ἢ σωτηρίαν ἀνθρώπων γένος. Quod si tantopere insolescit ob laminam refulgentis terræ, ob evanidas opes, quas ærugo & tineæ demoliuntur, quæ vitiis hominum cru-  
delia

delia pabula præbent, ut pro nihilo putet cœ-  
 lestia pectoris dona, famam immortalem, a-  
 nimum capacem quantivis ardui muneris, ho-  
 nestissimam stationem in illustri Academia,  
 spem amplissimæ fortis collectam non ex vana  
 præsumptione aut φιλαυτία, sed ex fiducia &  
 conscientia meritorum, si talia & quæ plura  
 vere commemorare possem, contemnit, &  
 nullo censu censet, cogar equidem ma-  
 gno meo cum dolore animum alio adjice-  
 re, sed non moriemur inulti, verum efficiam  
 ut, si qua ei famæ veneratio est, æternum  
 sævitæ atque inhumanitatis stigma fronti suæ  
 justum viva videns sentiat, quod nulla spon-  
 gia eluetur, nullis februalibus sacris lustrabi-  
 tur quamdiu inter mortales nomen honos-  
 que literatorum celebrabitur. Sed nolo ma-  
 le ominari, & potius futurum spero ut mi-  
 tescat aliquando, meque benigno ac bene-  
 volo vultu respicere dignetur, quam ut velit  
 incurrere diras imprecationes poëtarum. Ha-  
 beo ultra quadringentos scazontes, effusos  
 ab indignabundo amatore, quos, si repulsam  
 patiar, non sine horrore leget docta poste-  
 ritas & immisericordem detestabitur animum  
 fæminæ, quæ tam protervo fastu despiciata  
 est talem virum. Carmina, quæ nomini tuo  
 inscripsi, sunt melle, sesamo & papavere spar-  
 sa si conferantur cum acerbo felle eorum quæ  
 heri

256 A M O E N I T A T E S  
heri a me Bertius accepit. Est quod ex parte  
nostra, & amicissimi collegarum Danielis  
Heinsii opponere possimus gloriæ totius eru-  
ditæ antiquitatis. Nemo hactenus ex iis quos  
fama novit, similes choliambos dedit, non  
dico ob genium Latinæ dictionis, quæ nobis  
etiam injusta venit sub acumen styli, sed ob  
expressos ad vivum plerosque amantium affe-  
ctus, nec umquam illustriori documento  
compertus sum id esse verum, quod a Plato-  
ne cœlitus est literis proditum, neminem ex-  
imium poëtam, ac ne virum quidem singula-  
rem existere sine afflatu instinctuque divino,  
ut vere cum ingeniosissimo vate effari possi-  
mus,

*Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli,  
Sedibus æthereis spiritus ille venit.*

Sed tum demum ex parte credam poësin esse  
divinæ particulam auræ, si vi carminum &  
benigna Musarum intercessione faciles ad do-  
minam aditus fuero consequutus.

*Te rex Olympi, te suprema mens oro,  
Mundi arbiter, tutela gentis humanæ,  
Quo prosperante cuncta rite succedunt:  
Te, qui jugalis institutor es lecti,  
Ex cordo toto veneror, & prece obtestor,  
Ut illa dura nympha, quæ meos spernit  
Castos amores, nec marita, vel mater  
Cupit vocari, flectat asperam mentem*



*In melius, & se mancipet mihi fido*

*Pioque nexu nulla quem dies rumpat.*

*Sic ibit. Haud sunt irritæ preces vaturn*

*Qui labe purum pectus offerunt aris,*

*Rectaque lætam conscientia mentem.*

In hoc fausto omine finem faciam, teque  
cum fidissima tua conjuge salvere ex animo  
precor voveoque. Datum Lugduni Batavo-  
rum x. Kal. Quintileis c*l*o c*l*o c*l*o xi.

Tuæ virtutis obser-  
vantissimus & ad o-  
mne officium  
tissimus. para-

**D. BAUDIUS.**

**R VIRI**

## VIRI CLARISSIMI

JOANNIS DE LAET

*Commentaria in D. Pauli*

## EPISTOLAM AD TITUM.

**T**iti hujus ad quem hæc Epistola scripta est sæpius meminit Apostolus in secunda Epistola ad Corinthios Cap. 2. v. 13. appellat fratrem suum, dicitque se non habuisse relaxationem animi, quia illum Troadi non invenerat: cap. autem 7. v. 6. se adventu ipsius in Macedoniam insigniter fuisse refectum & consolatum, uti & v. 13. plurimum se gavisum quod Titus a Corinthiis fuisset refocillatus: idque explicat versibus sequentibus. Patetque e cap. 8. v. 6. Titum operam dedisse ut Corinthios instrueret; ibidem autem v. 23. socium suum vocat, & adiutorem in ministerio. In Epistola autem ad Galatas Cap. 2. v. 1. scribit illum comitem suum fuisse Hierosolymis; & ibidem v. 3. Græcum fuisse non Judæum, id est e gentili factum Christianum; 2 ad Timoth. cap. 4. v. 10. commemorat illum Româ ab ipso discessisse in Dalmatiam, quare mirum videri debet unde in fine additum sit illum primum

Epi-

Episcopum Cretensium Ecclesiæ ordinatum fuisse, quum ejus rei nusquam mentio in Sacra Scriptura occurrat, neque id habeat vetus versio.

## C A P. I.

ŷ. 1. Hic rursus Apostolus dignitatem ministerii sui aliis verbis sed eodem sensu circumscribit, nimirum se ordinatum esse ad Evangelium Christi prædicandum: *Paulus servus Dei*, id est Patris, *Apostolus autem Jesu Christi*, id est missus a Domino nostro ad Evangelium prædicandum: *καὶ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ*, uterque interpretes *secundum fidem electorum Dei*: sed malim, *ad fidem*, innuit enim Apostolus ministerium Apostolatus sibi injunctum esse in eum finem ut eos qui secundum Dei propositum electi sint adducantur ad fidem Evangelio Christi habendam: sicuti secundâ ad Timotheum cap. 1. ŷ. 1. dixit κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς ad promissionem vitæ intimandum: fides enim hic sumitur pro obedientia fidem quam electi re ipsa præstant dum credunt iis quæ de Christi merito ipsis annunciantur: Qui enim a Deo electi sunt ab æterno, in tempore se electos probant, cum assentiuntur iis quæ a Deo revelantur, & fidem habent iis quæ a ministris Evangelii prædicantur: qua-

re adjungit Apostolus, & agnitionem veritatis quæ est ad pietatem, id est, ad instructionem illam qua agnoscitur veritas divina, & proficitur ad veram pietatem quæ consistit in fide & charitate Dei & proximi: nam illa demum agnitio veritatis salutaris est, quæ pietatem illam in nobis operatur, & quam in operibus nostris exprimimus.

ŷ. 2. *Ad spem vitæ æternæ*, tunc enim certo confidere & sperare possumus nos vitam æternam consecuturos, quum credentes in Christum illius mandatis obedientiam debitam præstamus, & vivimus digne vocatione illa, qua ad communionem Christi sumus aggregati, & illi per Spiritum adoptionis inserti: vitæ autem illius æternæ, quam promisit Deus ille mentiri nescius, ante tempora secularia, id est ab æterno; Deum enim veracem esse in promissionibus suis in confesso est, promisit credentibus in Christum vitam æternam, quare & illam daturus dubitari non potest: patefecit autem temporibus suis; quam eo tempore quod prædixerat manifestavit, misso filio suo in carnem qui salutem nobis morte sua procuravit: Christum enim hic designat Apostolus fontem vitæ illius æternis, uti explicat statim; conferendus autem hic versus cum ŷ. 5. & 10. 2 ad Timoth. cap. 1.

ŷ. 3. *Verbum illud vel sermonem illum suum;*  
per

*prædicationem quæ concredita est mihi ex mandato servatoris nostri Dei: per verbum illud designat Christum filium Dei, ad cujus Evangelium prædicandum Paulus fuerat electus & Apostolus constitutus: atque descriptionem ministerii sui absolvit ostendens & subjectum prædicationis suæ, nimirum Christum, & finem atque effectum quem electi consequuntur, videlicet vitam æternam quam Deus ab æterno illis destinavit, & per Spiritum illis confert. Paulus itaque Apostolus, Tito germano filio suo in communi fide; una est fides & communis omnium credentium in Christum, quam Titus quum per prædicationem Pauli accepisset, hic ab ipso filius appellatur, quum alibi ob fidem in Christum fratrem suum vocet*  
2 ad Corinth. 2. §. 12.

§. 4. gratia, misericordia (quam omisit vet. interpretes) & pax a Deo Patre & Domino Jesu Christo servatore nostro. Salutatio hæc & precatio fere in omnibus Epistolis occurrit, nisi quod hic misericordia adjiciatur, uti & in Epist. utraque ad Timotheum.

§. 5. *Hujus gratia reliqui te in Creta. Paulum in Creta fuisse legimus quum captivus Romam duceretur Act. 27. §. 7. Sed de illa vice hic locus accipi non potest, quia in fine dicit stude ad me venire Nicopolin, statui enim ibi hibernare: Paulus autem jam captivus Nicopolis*

non potuit hibernare. Acta autem non produnt Paulum fuisse alias in Creta, quare D. Beza opinatur illum fuisse in Creta quum Græciam tribus mensibus permearet, de qua peregrinatione illius agitur Actor. 20. v. 3. verum hoc quoque mihi minus verisimile videtur, nam quo modo potuit Apostolus Græciam tribus mensibus peragrarè & simul trajicere in Cretam, & ab illa in Græciam redire. Oportet ergo illum alio tempore in Creta fuisse, licet historia sacra tempus non prodatur. Ut ut sit de tempore, Paulus quum in Creta cum Tito fuisset discedens inde illum ibidem reliquit: *Reliqui, inquit, te in Creta, volui te ibidem subsistere, ut quæ reliqua sunt pergas corrigere*, id est, ea quæ nondum bene constituta sunt, & correctionem desiderant, tam in doctrina quam moribus secundum præceptum meum constituas; nam & idololatriæ reliquiæ abolendæ erant, & falsæ opiniones de religione eradicandæ, & mali mores Cretensium emendandi: *& constituas oppidatim Presbyteros, sicut tibi mandavi*: ordinem ecclesiasticum constituas in singulis Ecclesiis, quæ tum a Presbyteris regebantur. Ex eo credo natam opinionem Titum Cretensium Episcopum fuisse, quod minime verisimile est, non enim Paulus illum statim evocasset & secum duxisset, Apostoli autem aut qui eorum vice  
fun-

fungēbantur tum singulis Ecclesiis Presbyteros ordinabant, quos & Episcopos vocabant uti patet e sequenti  $\psi$ . 7. Quales autem debeat constituere Titus porro explicat Apostolus.

$\psi$ . 6. *Si quis est inculpatus, id est integræ famæ, qui bonum testimonium habeat, etiam ab extraneis, unius uxoris vir, idem præcipit Timotheo 1 Epist. Cap. 3.  $\psi$ . 2. Liberos habens fideles, non obnoxios crimini luxus, aut refractarios, 1 ad Timoth. 3.  $\psi$ . 4. dixit, qui suæ domui bene præsit, qui liberos contineat in subjectione cum omnī honestate. Quæ per se clara sunt, & eodem spectant. Reddit hujus postulari rationem.*

$\psi$ . 7. *Oportet enim Episcopum inculpatum esse, tanquam Dei dispensatorem, si quidem decet atque necessarium est ministrum Domini sui virtutes æmulari, atque exprimere, ne propter vitia illius nomen Domini blasphemetur: μη αὐθάδῃ Vet. Non superbum, Bez. non sibi pertinaciter placentem, 1 ad Timoth. cap. 3.  $\psi$ . 6. Μη πρῶβῆς. Hesych. ὑπερηφάνῳ, ἰμῳδῆς, ἀξνομῳ, αὐταγῆς. Usurpatur à Græcis pro superbo, quod vitium nascitur ex eo quod quis sibi ipsi potissimum placeat, atque ita alios præ se contemnat, unde αὐθάδεια vitium superbiæ, quamvis interdum & pro perversitate sumatur, quæ sequitur arrogantiam, quare Apost. 1 ad Timoth. 3.  $\psi$ . 3. Episcopum desiderat ἀπεικῆ, non ἰσχυρῆ, ad Timoth. dixit ἀμαχῶν. non ὑπερηφάνῳ.*

sum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, similia habes in 1 ad Timoth. nisi quod hic non lit esse *αἰσχροπνεστῆν* ibi *ἀφιλάργυρον*. Hisce vitiis has virtutes porro opponit.

ŷ. 8. Sed hospitalem, bonorum amantem, temperantem, justum, piū, continentem: eadem pene exigit 1 ad Timoth. 3. ŷ. 2. nisi quod hic plenius explicet officia charitatis in proximos, & pietatis erga Deum. Atque hæc quidem ad mores pertinent, sequitur de doctrina & scientia, quæ in bono ministro requiritur.

ŷ. 9. Tenacem fidelis illius sermonis qui ad doctrinam facit ad Timoth. voluit esse aptum ad docendum: hic autem plenius explicat quæ in bono doctore requirantur, nimirum ut non tantum veram doctrinam probe didicerit, sed & constanter illi adhæreat, ut possit & exhortari per doctrinam sanam, id est & discipulos suos bene instituere, & ad omnia bona opera adhortari; & contradicentes arguere atque confutare, id est, & errantes in rectam viam reducere, eorum errores refutare, & malos mores corrigere, & pro re nata castigare; neque frustra hoc a se requiri ostendit.

ŷ. 10. Sunt enim multi & ἀνομήταροι Vet. inobedientes Bez. refractarii; ita supra, Vers. 6. voluit alligendos in Presbyteratum liberos habere non refractarios significat, autem multos esse in



in insula Creta qui verbo fidei non rite obediunt, sed illi ex parte contradicant: quare addit expositionis causa *ματαιολογία* vaniloqui, qui sanum sermonem non sectantes se diffundant in vanas quæstiones, & quæ nihil faciunt ad veram pietatem & agnitionem quæ est secundum veritatem. Eorum autem conditionem graphice depinxit in 1 ad Timoth. Cap. 1. a versu tertio, quæ ibidem requirenda sunt; Et 2 ad Timoth. Cap. 2. a vers. 16. ubi *ματαιολογία* hanc definivit per *κενοφωνίαν* & stultas atque ineruditas quæstiones *Vers. 23.* Addit & *Φρεναπαίται* *Vet. seductores* Bez. ad verbum *Mentium deceptores*, ita non tantum ipsi aberrant a sana doctrina, sed & alios in eundem errorem student seducere, atque tales potissimum esse dicit eos qui sunt ex circumcissione id est Judæos, qui licet fidem Christianam amplecti videntur, ei perperam adjungebant necessitatem circumcissionis & observationem legis: cum quibus congregitur in Epistola ad Galatas.

*Vers. 11.* *Ὅς δὲ ἴμισυ μίζεν*, *Vet. quos oportet redargui*, Bez. *quibus oportet os obturare*; necesse est ergo ministros Ecclesiæ ita esse in veritate confirmatos, ita doctos, ut etiam errores omnes possint refutare, & tales adversarios superare. *Qui totas domos subvertunt*, qui integras familias prava sua doctrina inficiunt, atque ita faciunt a vera doctrina fidei Christianæ declinare; do-

centes que non oportet, diversam a vera doctrinam tradentes, eique admiscentes aliena & falsa, turpis lucri gratia, quibus non est propositum discipulis suis prodesse & Christo lucrifacere, sed ex illorum seductione lucrum capere & seipsum locupletare. Ostendit autem porro magnum esse periculum ne ejusmodi vaniloqui inter Cretenses finem suum assequantur si non potenter & prudenter obviam eatur, quia Cretenses vel maxime ita natura & moribus sint comparati ut facile se seduci patiantur.

*Vers. 12. Dixit quidam ex ipsis nimirum Cretensis, Epimenidem intelligit, proprius ipsorum Propheta, nam inter fatidicos hic est habitus, ita ut testimonium illius non possint jure refutare; Cretenses semper mendaces, male feræ, ventres pigri. Quo versu suorum mores graphice depinxit; erant enim mendaciis addicti, idcirco fabularum appetentes, quas & comminiscabantur ipsi & ab aliis prolatas facile recipiebant; ingenio malo & efferato; & desidiam imprimis dediti, laboris impatientes, atque qui tales sunt facillime fabulis & novitatibus præbent aures, & a sana doctrina recedunt.*

*Vers. 13. Testimonium hoc est verum: Cretenses plane tales sunt, quales Epimenides illos descripsit, bene mores illorum & ingenia notavit*

tavit, nihil de illis mentitus est. Quam ob causam illos redarguit *δοτομίως* Vet. *dure* Bez. *præcise*. Hesych. *σκληρῶς*, *ἀπεροσσηνῶς*. Esto durus vindemiator, & abscinde omnia inutilia ipsorum germina; noli in ipsos redarguendo remisse & leniter agere, sed contra duros nodos utere duris cuneis: ita Apostolus ad Roman. cap. 11. *vers.* 22. opponit *χρησότητῃ* & *δοτομίαν* Θεοῦ. vult ergo Titum erga tam perversa & contumacia ingenia adhibere *δοτομίαν* non autem *χρησότητῃ*, utpote nihil profuturam; ut finem suum assequi possit, nimirum *ut sani sint in fide*, id est, perfecte sanentur, & sanæ doctrinæ compotes facti, in ea perseverent, & veram pietatem sectentur, pro mendacibus veraces pro feris malis, mites oves, & pro desidiosis diligentes & seduli evadant.

*Vers* 14. *Non attendentes Judaicis fabulis.* Ne deinceps aures & assensum præbeant fabulis & falsis doctrinis quas Judæi illi quos *Vers.* 10. notavit, doctrinæ veræ perperam admiscent: & *mandatis hominum adversantium veritatem* ne deinceps obediant præceptis hominum qui se se opponunt Dei veritati, & observanda imperant quæ Deus non mandavit, aut quæ jam per adventum Christi sunt abolita.

*Vers.* 15. *Omnia quidem munda mundis:* respicit Apostolus ad discrimen Ciborum, quod Judæi secundum veteris legis normam, a  
Chri-

268 J. DE LAET COMMENTARIA  
Christianis postulabant observari; atque hoc  
erat unum e mandatis hominum adversantium  
veritati. Plenius hoc explicavit Apostolus ad  
Rom. 14. *vers.* 20. Per mundos autem hinc indi-  
cat fideles, ut ibidem explicat *vers.* 22. qui  
credunt nihil esse immundum quod in os in-  
greditur ut Dominus noster loquitur. Vide  
ad hæc historiam Cornelii ad fidem conversi  
Actorum 10. *Pollutis autem & infidelibus nihil est  
mundum*, sicuti ergo hic infideles & polluti  
pro iisdem accipiuntur, ita ante mundi & fi-  
deles; cur autem illis nihil sit mundum, ra-  
tio est, *sed polluta est eorum & mens & conscientia*,  
in mente enim & conscientia puritas & sine-  
ritas quærenda est, quæ si desideretur, nihil  
restat quod purum esse possit.

*Vers.* 16. Deum profitentur se scire, gloriantur  
de vera & sincera Dei agnitione, & eorum  
quæ hominibus præcipit agenda, *sed factis*  
negant, id est malis suis operibus produnt se  
Deum ignorare, neque illum metuere vindi-  
cem; quippe *βδελυκτοὶ ὄντες*, quum sint abo-  
minandi qui tam impie & injuste agant, ut om-  
nes boni eos merito oderint; *ἢ ἀπειθεῖς* Vet.  
& incredibiles, BEZ. & rebelles; vult Apostolus,  
illos quum fidem profiteantur revera fidem ab-  
negare, & cum obedientiam simulent factis  
se inobedientes & refractarios probare: & ad  
*omne opus bonum reprobi*, id est, prorsus inepti.

Ἄδολιμον Hesych. interpretatur πανηρόν, ἀπόβλητον, ἀχρηστον. Quæ posterior significatio huic loco magis convenit, licet omnes in subjecto concurrant & subordinentur, nam qui mandatis divinis non obsequuntur mali sunt, & ad opera bona inidonei, & per consequens iure a Deo reprobati.

## C A P. II.

**M**Andat deinceps Apostolus Tito quæ velit ipsum omnes qui ad Christi Ecclesiam pertinent docere, secundum ætatum, sexuum & condicionum differentiam.

*Vers. 1.* At tu loquere quæ decent sanam doctrinam; præcipiens loqui vult illum Christianos instituere quales eos esse oporteat, & quæ agere oporteat, ut se sanæ doctrinæ, quæ & veram fidem sequitur, & pietatem colit atque charitatem, sectatores & observatores probet: quæ autem sint illa in sequentibus persequitur, & quidem primum secundum varias hominum ætates, nam quanquam omnes fideles deceat ista servare, tamen potissimum ea requiruntur ab iis qui jam senuere.

2. *Ut senes sint sobrii*, νηφαλίς εἶναι; νηφάλις Græcis sobrium notat, interdum & vigilantem & prudentem; vult ergo circumspectos esse & moderationem in omnibus sequi, omnemque excessum vitare; quare addit σερηνὸς Vet.

*pudici,*

270 J. DE LABY COMMENTARIA  
*prudici*, Bez. *venerandi*, id est, graves magis  
quam severos, & decori tenentes sine auste-  
ritate: porro *σωφρονας* Vet. *prudentes*, Bez. *tem-  
perantes*, quod malim, ut aliqua gradatio in-  
ter has virtutes statui possit. *Sani fide* ut se-  
ctentur doctrinam fidei quæ est secundum  
divinam veritatem, & nihil alieni in illam ad-  
mittant; *Charitate* dilectionem Dei & proxi-  
mi accurate sectentur; denique *tolerantia* ut  
comparent se ad ferendum æquo animo adver-  
sa omnia, scientes omnibus qui pietatem col-  
lunt multa ab improbis esse sustinenda: vel  
etiam, ut infirmos multa lenitate expectent,  
& studeant ad bonam frugem convertere. At-  
que hæc quidem a maribus requirenda præci-  
pit; sequitur de foeminino sexu & ætate.

*Vers. 3. Anus itidem doce vel præcipe, ut  
sint, ἐν κατὰ σπουδαίαν ἱεπονησίαν* Vet. *in habitu  
sancto*, Bez. *in habitu qui sanctimoniam deceant*,  
id est, ne luxurient in vestitu: sed decorem  
servent qui sanctas decet etiam in vestibus,  
quas oportet anus habere ætati suæ & vocatio-  
ni convenientes, non ad pompam & munda-  
num ornatum comparatas, utpote quæ Deo  
non mundo placere debeant. *Non calumniatri-  
ces* quæ aut clam aut palam alios traducant &  
aliorum bonam existimationem studeant læ-  
dere, sed per charitatem potius nitantur, &  
bene agentes laudare, & male agentes corrige-  
re sine acerbitate.

*Non*

Non vino multo servientes, id est, non ebriofas, id enim maxime Anibus indecorum, καλοδιδασκάλους Vet. bene docentes, Bez. honestatis magistræ vult illas & honestatis omnis observantes esse, atque illam etiam alios exemplo & hortatu docere: quod explicat porro.

Vers. 4. Ut prudentiam doceant adolescentibus, in quibus autem hæc prudentia versetur deinceps explicat, ut maritos suos diligant ut si quæ jam conjugatæ sint, obsequium suum debito amore testentur, & maritis suis sint subditæ: ut liberos suos diligant, id est, eam curam habeant, quam tenera ipsorum ætas requirit, eosque educant in vera pietate, hæc enim est vera dilectio illos ad Christum perducere.

Vers. 5. Ut temperantes sint, quia autem temperantia multa complectitur particulatim persequitur quid velit, nimirum ut sint castæ fidei illibatam conjugibus fervent: οἰκσπός Vet. domus curam habentes, Bez. domi manentes: quæ huc & illuc non oberrent. in I ad Timoth. Cap. 5. Vers. 13. reprehendit in viduis quod otiosæ discant domus circumire. Hesych. οἰκσπός, ὁ φρονιζων τοῖς ὄντας ἢ φυλάττων. εἰρημὸν γὰρ ὁ φύλαξι λέγεται. Sequitur αγαθὰς Vet. benignas Bez. bonas; & subiectas viris suis ne se illis præferant sed norint ipsis obsequium esse imperatum, puto in domino, id est quatenus maritorum imperium illas a vera pietate minime abducit: ne  
sermo

272 J. DE LAET COMMENTARIA  
fermo Dei blasphemetur, id est, ne si immori-  
geræ sint & feroces, ii qui extra Ecclesiam  
sunt, ex eo occasionem capiant male de in-  
stitutis Christianis loquendi.

*Vers. 6.* *Juvenes quoque adhortare ut sint temperantes:* occasione anuum promiserat juvenculas; hinc & adolescentes adjungit atque ita utrumque sexum secundum ætates officii sui vult admoneri: dum aut illos vult *σωφροειν* eadem omnia exigit quæ in senibus desideraverat, licet non pari gradu, eadem tamen integritate.

*Vers. 7.* Ut autem Titus hæc omnia melius posset persuadere, quid sui sit officii illum admonet: *per omnia*, inquit, *te ipsum præbens exemplar bonorum operum*; ea ad quæ alios adhortaris, prius in te ipso exprimenda sunt, nihil enim efficacius ad persuadendum quam doctoris exemplum; frustra enim quis alium hortetur ad illud quod ipse non observat: hoc itaque primum est ut in adhortando suomet exemplo præeat: alterum est ut *in doctrina*, in docendo tradendoque agnitionem veritatis Christianæ, servet & exhibeat *ἀνεκδοκίας* & *ἰνTEGRITATEM*: id est, ut neque illam corrumpat sive adulteret, neque se ullo pretio corrumpi sinat ut ab illius norma quaquaversum divergat: virtus enim hæc proprie iudicibus tribuitur, qui se muneribus corrumpi non patiuntur. *Et gravitatem σεμνότης*; hanc virtutem



entem etiam commendat Timotheo Cap. 2. *vers.* 2. & 3. *vers.* 4. decet enim vel maxime Christi ministros autoritas atque majestas aliqua sine fastu aut acerbitate, sed comitate quadam ira condita, ut discipulorum animos illiciat potius quam percellat. Atque utrumque horum facile obtinebit, si tradat

*Vers.* 8. *Sermonem sanum*, id est, doctrinam Christi integram & nullis humanis commentis inquinatam; & ἀκατάγνωστον, Vet. irreprehensibilem Bez. qui damnari non possit: prius itaque illud referendum puto ad ipsa doctrinæ capita, posterius hoc ad tradendi modum qui talis esse debet ut merito accusari non possit. ὅ ἐστι ἐναντίας Vet. is qui ex adverso est Bez. qui se ex adverso opponit; omnes adversantes Evangelio intelligit sive ex errore sive é malitia: ἐντεταμένον Vet. vereatur, Bez. erubescat, confundatur ut bene vertit Vet. 2 *Thess.* 3. *vers.* 14. explicat enim ipse Apostolus, Nihil habens quod de vobis dicat mali paratus quippe adversarius atque id satagens unice, doctores Ecclesiæ traducere, & nihil inveniens quod merito in sermonibus illorum posset carpere, quo se vertat ignorans pudore suffunditur & victus recedit,

*Vers.* 9. *Servos hortare ut dominis suis sese subserviant*, ut memores conditionis suæ in qua nati sunt aut in quam secundum ordinem seculi illius inciderunt, fideliter serviant eis in quorum

274 J. DE LAET COMMENTARIA  
 potestate sunt, iisque obediant; ἐν πάσιν εὐάρε-  
 στος εἶναι Vet. in omnibus placentes Bez. ut in omnibus  
 sint eis accepti, causam ponit vetus noster esse-  
 ctum, nam ex eo quod servi dant operam ut  
 dominis suis placeant; sequitur ut illis sint cha-  
 ri & accepti. Εὐάρετον proprie significat acce-  
 ptum, bene placens, sic dicit Apostolus ad Rom.  
 12. ὧ. 1. εὐάρετον τῷ Θεῷ acceptum Deo & ibi-  
 dem ὧ. 2. conjungit cum bono. & ὧ. 18. cap. 14.  
 Εὐάρετος τῷ Θεῷ ἢ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις. se-  
 quitur non contradicentes nequaquam detrectan-  
 tes imperiis illorum obsequium præstare.

Vers. 10. Μὴ νοσφιζομένους, Vet. non fraudan-  
 tes, Bez. nihil intervertentes. Verbum νοσφιζομαι  
 proprie significat aliquid alicui clam subtractum  
 in proprium commodum vertere. Hesych. Νοσ-  
 φίζεται, ἰδιοποιεῖ, κλέπτει δόξασει, ἀραυρεῖ, χωρίζει.  
 Vetat servos quicquam eorum quæ fidei ipso-  
 rum a dominis credita sunt, intervertere, fu-  
 rari & in proprium commodum vertere, sed  
 omnem bonam fidem ostendentes. id est, fideles se  
 præstare & res domini sui fide administrare; ut  
 doctrinam Servatoris Nostri Dei ornent in omnibus  
 ut re ipsa ostendant doctrinam fidei Christianæ  
 etiam servos docere bonos mores & obedien-  
 tiam atque obsequium.

Vers. 11. Illuxit enim vel apparuit gratia Dei  
 illa salutaris omnibus hominibus; Dei gratia quæ  
 nos ad salutem vocat & perducit jam manife-  
 stata.

stata est & se extendit ad omnium nationum, sexuum, ætatum conditionum homines, non ut ante ad solos Judæos; omnibus autem hominibus in communi non singulis in univ-  
 sum: quare necesse est ut omnes illi, ne ser-  
 vis quidem exceptis, quorum despecta est  
 conditio, studeant vocationem suam bonis  
 moribus & operibus ornare.

*Vers. 12.* Gratiam autem hanc salutarem  
 porro describit: *Erudiens nos ut abnegantes impie-  
 tatem & mundanas cupiditates temperanter & iusto  
 & pie vivamus in presenti seculo.* Intellegit itaque  
 per gratiam prædicationem Euangelicam  
 quam Christus Apostolis suis, aliisque mini-  
 stris tradidit omnibus hominibus annuncian-  
 dam, qua docemur omni impietati id est per-  
 verso cultui Dei, omnibusque peccatis quæ  
 Dei Majestatem offendunt renunciandum es-  
 se; simul etiam mundanis & carnalibus cupi-  
 ditatibus, quæ nos seducunt a charitate pro-  
 ximi: & contra instituimur temperanter vi-  
 tam instituere, proximis reddere quod ipso-  
 rum est, & Deo imprimis obsequium quod  
 ipsi debetur.

*Vers. 13.* *Exspectantes beatam illam spem:* dum  
 spem commemorat fidem præsupponit: & re-  
 spicit ad illud quod ante dixit, *in presenti  
 seculo.* Nam ut inquit Apostolus ad Rom. 8.  
*vers. 24. spe servati sumus. spes autem si cernatur,*

276 J. DE LAET COMMENTARIA  
non est spes. Quod enim quis cernit, cur speret?  
Si vero quod non videmus speramus, nempe per pa-  
tientiam expectamus. dixerat autem ante vers. 23.  
adoptionem expectantes, &c. dum itaque dicit A-  
postolus, expectantes beatam illam spem intelligit  
omnia illa quæ nobis a Deo promissa sunt &  
imprimis gloriam illam cœlestem & æternam  
quæ nos manet in cœlis: quia autem illam  
non sumus plene percepturi nisi post hanc  
vitam & seculorum horum finem, adjungit,  
& Ἐπιφάνεια τῆς δόξης Vet. & adventum gloriæ  
Bez. & illustrem illum adventum gloriæ; malim  
apparitionem gloriæ; nam respicit apparicio-  
nem Christi in nubibus, quæ fiet quum adve-  
niet ad judicandos vivos & mortuos; magni  
Dei & Servatoris nostri Jesu Christi. Nam (ut  
inquit Apostolus I ad Thessalonic. c. 4. vers.  
16.) ipse Dominus cum hortationis clamore & voce  
Archangeli ac Dei tuba, descendit è cœlo: & qui  
mortui fuerunt in Christo, resurgent primum: dein-  
de nos vivi, qui reliqui erimus rapiemur simul in oc-  
cursum Domini, in aëra, & ita semper cum Domi-  
no erimus. Hoc utique est quod hîc nos dicit  
Apostolus expectare ab Evangelicæ gratiæ  
doctrina edoctos.

Vers. 14. Jesu Christi apparitionem expe-  
ctantes, qui dedit semet ipsum pro nobis, qui se in  
mortem crucis pro nobis tradidit, pro nobis  
passus est, pro nobis patri suo solvit quod de-  
beba-

bebamus, ut nos redimeret ab omni iniquitate peccata  
 nostra omnia expiaret, & pœnam nostra vi-  
 ce sustinens, debitum omne expungeret chiro-  
 grapho cruci affixo: non solum autem dedit se  
 ipsum pro nobis, & absolvit nos ab omnibus pec-  
 catis, sed & purificavit nos sibi ipsi populum  
<sup>ἁγίου</sup> *Vet. acceptabilem, Bez. peculiarem, quasi*  
*instar peculii reconditum: Helych. ἁγίου*  
<sup>πλῆθος</sup> *Πολύς.* Sed hæc vox alibi non reperitur,  
 quod sciam. Chrylost. Hom. iv. interpretatur  
<sup>ἐξῆλατμένον</sup> *ἔδειν ἔχοντα κρινόν πρὸς τὰς λοιπὰς*  
 immutatum, nihilque habentem commune  
 cum cæteris. Christus itaque populum suum  
 (id est fideles suos) regenerans ita immutat  
 ut naturam aliam sortiantur, quam ante ex  
 corruptione obtinebant, ita ut cum ante es-  
 sent filii iræ sicut & cæteri atque in omne ma-  
 lum proclives, deinceps evadant studiosi at-  
 que adeo æmuli bonorum operum. Quatuor  
 ergo hisce verbis rationes continentur eorum  
 quæ Titum vult senibus & junioribus, mascu-  
 lis & fœminis, liberis & servis præcipere; quia  
 nimirum gratia salutaris iis omnibus illuxit,  
 quæ docet impietatem & injustitiam abdicare  
 & contra pietatem & justitiam sectari; quia  
 etiam Christus nos redemit ab omni iniquitate,  
 & purificavit & vult studiosos esse bonorum  
 operum; ut in illum sperantes, tuto possimus ex-  
 pectare adventum illius ad extremum iudicium.

*Vers. 15.* Hæc loquere & exhortare, his argumentis suade & persuade omnes fideles ut pietatem & justitiam sectentur, & argue refuta & castiga contrarium facientes, *μὲ πᾶσις Ἰταλῶνς*, cum omni imperio, cum summa auctoritate, quippe in eum finem à Domino missus, & vice illius fungens. Chrysof. Hom. v. interpretatur, *μὲ αὐθεντίας ἢ μὲ πᾶσις ἐξουσίας Ἰταλῶνς* Quod sequitur, *Nemo te despiciat* id est nemo sibi persuadeat sibi licere securre castigationes & increpationes tuas contemnere; aut non patere te à quoquam parvi-  
pendi, siquidem auctoritatem tibi in illos dedit Dominus omnium. Id Chrysof. Hom. v. videtur cum sequenti vers. conjunxisse: ita enim legit, *Μηδεὶς σε περιφρονεῖτω, ἀλλὰ ὑπομνήσθητε* &c. & sane non male, si sequentia spectemus.

## C A P. III.

*Vers. 1.* **S**uggere ipsis principatibus ac potestatibus subditos esse revoca illis in memoriam ex ordinatione divina descendere, quod subditi obsequium & obedientiam debeant eis, qui ipsis præpositi sunt: Nam ut inquit Apost. ad Roman. Cap. 13. vers. 1. *Non est potestas nisi à Deo.* Quare oportet nos non tantum subjectos illis esse, sed & *ὡσαύτως*, obtemperare & dicto audientes

dientes esse quum quid honesti præcipiunt, & metuere atque nos corrigere cum arguimur & castigamur, quum ergo ministri quoque Ecclesiæ auctoritate a Deo sint instructi, recte dixit Apostolus, nemo te contemnat; Adjicit, admone eos, *ad omne opus bonum esse paratos* obediendum quippe tantum in iis quæ secundum normam Divinæ legis imperantur, quæ bonorum operum formam præscribit. Verum si illud, *nemo te contemnat*, cum superioribus relinquant. Novam hic orditur adhortationem Apostolus, de obedientia Magistratibus debita, & prompto obsequio saltem in bonis operibus.

*Vers. 2.* Atque ita porro omnium vitam informans, vult Titum præcipere; *Neminem blasphemare*, nullius famam lædere, *alienos esse a pugnis*, lites & rixas odisse, sed contra hortari ut sint *Modestis* *Vet. modesti*, *Bez. moderati*, vult Apost. illos non rigidius quicquam ab aliis quid exigere quam a se, nihil humani a se alienum putare, itaque non esse asperos in alios, in se mites, sed æquitatem in omnibus servare: Ex æquo & bono agere, non ex summo jure; qui enim tales sunt, minime litigiosi sunt aut pugnaces. Unde *Modestia* interdum æquitas, interdum clementia & lenitas interpretatur, unde & cum *περότιν* conjungitur. Uti & hic ab Apostolo, adjungit enim,

omnem exhibentes lenitatem erga quosvis homines  
*περιόμιλα* quam Vet. mansuetudinem vertit  
 quæ opponitur acerbitati & rigori. Ad quam  
 nos ducit rememoratio conditionis nostræ an-  
 tequam ad fidem Christi adducti essemus. Nam  
 quum Dei longanimitas nos ad resipiscentiam  
 & meliorem frugem duxerit, idem de aliis  
 quoque nos sperare convenit, & eadem leni-  
 tate uti, non facile de cuiusquam emendatio-  
 ne desperantes.

Verf. 3. *Nam eramus*, inquit, *quondam* id  
 est antea, *ἀνοήτοι* Vet. *insipientes*, Bez. *amen-*  
*tes*, mens nostra & intellectus nihil recti de Deo  
 & nostro statu sapiebat, sed verum Deum i-  
 gnorabamus & viam quæ ad ipsum ducit: *ἀ-*  
*πειθεῖς* Vet. *increduli*, Bez. *rebelles*, persuaderi  
 nobis non poterat quid rectum esset, quia  
 intellectus tenebris erat obscuratus, neque re-  
 cta monenti noveramus obsecundare; *errantes*  
 quidvis potius sequentes, quam quod sequen-  
 dum fuerat, & devia quæque sectantes, &  
 in tenebris, uti necesse est, in varios errores  
 impingentes; *servientes cupiditatibus ac volupta-*  
*tibus variis*, carnalibus nostris affectibus indul-  
 gentes, qui nos in peccata transversos agunt:  
*in malitia & invidia degentes*, nec ipsi bona ope-  
 ra agentes, nec bene agentibus faventes, sed  
 illis invidentes, & optantes illos nobis similes  
 esse. *συζητοί* Vet. *odibiles* Bez. *odiosi* ipsi odio di-  
 gni



gni & abominabiles & alii alios odio prosequentes. Atque tales quidem omnes natura nostra corrupta & prava consuetudine antea fuimus.

*Vers. 4.* Sed postquam bonitas & erga homines amor apparuit Servatoris Nostri Dei, postquam, ut dixit cap. præcedenti *Vers. 13.* illuxit gratia illa salutifera, id est postquam Deus salutiferam cognitionem nobis insudit, intellectum illuminando & voluntatem corrigendo, nos regeneravit, & plane alios fecit per gratiam, quam eramus per naturam; longe alii facti sumus. Atque hoc consecuti sumus.

*Vers. 5.* Non ex operibus justis quæ fecerimus nos non sumus justificati ex operibus legis, neque bene agendo gratiam meruimus, sed ex sua misericordia qua misertus est nostrum, quum plane odio essemus digni, servavit nos eduxit nos ex illis miseriis, & ut ante dixit, purificavit nos, id est, regeneravit, per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti Spiritus sui Sancti efficaciam conjungens ad ablu-tionem quæ fit per aquam baptismi, ubi enim hæc duo concurrunt tum vera in nobis regeneratio perficitur; Spiritus enim Sanctus opus salutare coronat.

*Vers. 6.* Quem, nimirum Spiritum Sanctum & dona illius gratuita, effudit nos copiose per Jesum Christum Servatorem nostrum. Christus enim solus nos servat per gratiam suam quam

282 J. DE LAET COMMENTARIA  
nobis copiose largitur, infundendo Spiritum  
suum in corda nostra.

*Vers. 7.* *Ut justificati gratia ipsius non justitia propria & nobis inhærente, sed imputata nobis justitia Christi, hæredes efficeremur secundum spem vitæ æternæ: hæredes itaque facti sumus vitæ æternæ, eamque certo adituri sumus hæreditatem, hinc tamen & dum vivimus in hoc corpore, tantum in spe illam possidemus, & cum fiducia illam expectamus.* Totam itaque hic pandit Apostolus salutis nostræ œconomiam, nam & authorem ejus prodit Deum, & mediatorem illius Christum Salvatorem nostrum, & perfectorem Spiritum Sanctum. Et universam attribuit gratiæ divinæ, & excludit opera nostra a justificatione illa nostra coram Deo, & regeneratione nostra; quia nihil nostrum in hac parte cum gratia Dei & misericordia concurrat; sed omnia quæ vel mente concipi possunt in nobis antecedit; dum enim misericordiam nominat, miseros nos & odibiles ostendit, antequam gratia nos præveniat, nos regeneret, justificet, sanctificet: post illa demum filii Dei & vitæ æternæ hæredes efficimur & ad bona opera idonei esse incipimus.

*Vers. 8.* *Fidus est hic sermo verus & cui tuto assensus adhibeatur neque enim nos fallat, sed illi assentientes & fiduciam omnem in misericordia*

dia Dei collocantes haud dubio servabimur: & hæc volo te affirmare hunc sermonem ad omnes habere atque ita persuadere ut nequaquam hæsitent; sed ut studeant de eo tantum porro solliciti sint, καλῶν ἔργων ωρεῖσθαι Vet. bonis operibus præesse Bez. bona opera tueri utrumque apud Græcos significat verb. ωρεῖσθαι, sed tueri quidem à posteriori. Utroque autem modo hic accipi potest, conandum enim fidelibus ut in bonis operibus excellent, & in alijs tueantur eadem, qui crediderunt Deo, qui Verbo illius fidem habuerunt nobis bene agendum esse. Nam hæc sunt bona sive honesta & hominibus utilia: illa nimirum quæ sermo ille fidus complectitur & quæ Titum vult affirmare, & bona sunt, atque honesta per se & summam afferunt hominibus utilitatem: nam licet etiam bonis operibus hæc epitheta conveniant, tamen convenientius est hæc ad sermonem & docenda referre, quia sequitur:

*Vers. 9.* *Stultas autem quæstiones id est vanas de fidei doctrina controversias, & genealogias quas & 1 ad Timoth. 1. vers. 4. infinitas vocat & damnat & contentiones ac pugnas legales quæ existunt ex observantia legis Mosaicæ, quam Judæi a Christianis perperam exigebant, ωρεῖσθαι Vet. devita, Bez. cohibe oppone te illis & refuta; sicuti ante voluit bonis operibus ωρεῖσθαι vers. 8. ita hic contentionibus & pugnis legalibus*

284 J. DE LAET COMMENTARIA  
galibus ut pote nihil ad bona opera & pietatem conducentibus *ἠεὶ αἰσῶς* nam uti sermones illi qui bona opera suadent honesti sunt & hominibus utiles; ita inquit, *hæ sunt inutiles & vanæ.*

*Vers. 10. Hereticum hominem qui diversam a vera doctrina tuetur & sibi sequendam eligit, post unam atque alteram *ὑπερώριον* Vet. correctionem Bez. admonitionem; utrumque recte accipi potest, nam cum circa malum versetur, admonitio hinc esse non potest sine redargutione; vult Apostolus Titum atque omnes Dei ministros eos qui prava sentiunt docentque, semel iterumque atque adeo crebro hortari ut desistant & veritati dent manus, sin vero pertinacius resistent neque patiantur se corrigi, tum demum, inquit, *ἠεὶ αἰσῶς* Vet. *devota* Bez. *rejice* id est ne diutius des operam in illo corrigendo pertinacem, ne frustra labores.*

*Vers. 11. Sciens talem esse subversum plane excidisse neque ullam spem superesse illum ad sanitatem reducendi; illum peccare *ἠὲ αὐτοκατακρίσει*, Vet. *cum sit proprio judicio condemnatus*, Bez. *qui suo præjudicio sit condemnatus.* Cum propria conscientia illum condemnet, non vulgariter peccat, sed pertinaciter, quum se non patitur corrigi. Non igitur omnes hæretici qui falsam de fide opinionem amplectuntur atque defendunt rejiciendi sunt ita ut nulla*

la deinceps opera illis corrigendis adhibeatur, sed qui pertinaciter in errore satis evidenter ipsis demonstrato, & de quo judicio proprio convicti sunt, perseverant; ut non tam error, quod humanum est, quam malitia, quod plane diabolicum, eos detineat a veritatem agnoscendo. Qui autem tales sint non est cuiusvis, sed eorum qui auctoritatem a Deo acceperunt, judicare. Sequuntur jam quædam familiaria.

*Vers. 12. Quum misero Artemam ad te aut Tychicum, vult in Creta manere donec ad illum venerint Artemas aut Tychicus: Artemæ non inveno alibi mentionem factam a Paulo sed apparet comitem illius & cooperarium fuisse: Tychicum apparet comitem ejus fuisse in itinere postremo ad Hierosolymam Act. 20. vers. 4. Asianum natione; & missum fuisse sæpe a Paulo ad varias Ecclesias; puta ad Ephesios Cap. 6. vers. 21. ad Coloss. cap. 4. vers. 7. missionis autem ad Ephesios etiam meminit in 2 ad Timoth. 1 V. vers. 12. Tunc quum hanc ad Titum scriberet erat cum Paulo in Macedonia. Quum misero illos ad te, stude vel festina venire ad me Nicopolin: Nicopoles plures produntur a Geographis; primo in Thracia, juxta Hænium montem: dein ad Nessum fluvium & Iatrum fluv. tertio & in Bithynia: quarto in Epiro ad Ambracium sinum: denique*

286 J. DE LAET COMMENTARIA  
que Nicopolis etiam Metropolis Pisidiæ me-  
minit Concilium Chalcedonense. Videretur  
autem Apostolus hic intelligere Nicopolin  
Thraciæ, nam e Macedonia hanc Epistolam  
dedisse ad Titum colligitur è 2 ad Corinth. in  
qua pluries meminit Titi & tandem Cap. 7. 6.  
scribit Titum ad se venisse in Macedoniam,  
& frustra ab ipso expectatum cum venisset  
Troadem cap. 2. *vers.* 12. causam autem cur il-  
lum ad Nicopolin sibi velit occurrere prodit;  
*Nam illic decrevi hibernare* quod in illa urbe hie-  
men transigere proposuisset, atque ita haud  
facile ab ipso inveniando posset falli. Ex hoc  
autem occasionem accepit author subscriptio-  
nis dicendi hanc Epistolam scriptam esse *ex Ni-  
copoli Macedoniae* quum potius scripta videatur  
Philippis aut alia urbe Macedoniae. Quan-  
quam dubito an non scripta fuerit ex aliqua ur-  
be Asiæ, & hic intelligat Paulus Nicopolin  
Bithyniæ, quia in 2 ad Corinth. cap. 2. *ÿ.* 12.  
scribit se frustra desiderasse Titum cum venis-  
set Troadem, ex quo consequi videtur Paulum  
mandasse Tito ut illi in Asia occurreret. Fuit  
autem Troadi Paulus cum prima vice peteret  
Macedoniam Act. 16. *ÿ.* 8. Sed de hoc accipi  
non potest locus ad Corinth. altera vice cum  
postremo peteret Hierosolymam; sed neque de  
ista vice. Oportet ergo de media quadam vi-  
ce accipere. Sed hæc in medio relinquimus.

§. 13. *Zenam legisperitum* hujus alibi mentionem factam non invenio, & Apollo de hoc videndum cap. 18. Actor. §. 24. & 1 ad Corinth. aliquot locis, e quibus apparet illum insignem Pauli cooperarium fuisse. *Σπεύδωντες* *ὑποπέμψον*, Vet. *solicite præmitte* Bez. *sedulo deducito*. Quamquam verbum *ὑποπέμψω* utrumque significet, tamen magis proprie præmitto; & hæc significatio potius huic loco videtur convenire, non enim videtur velle Apostolus ut Titus illos honoris causa comitaretur, sed sollicite præmitteret; quid autem per *σπεύδωντες* velit explicat ipse, *ut nihil illis desit*, petit itaque ut illis de omnibus, quibus ipsis ad iter faciendum opus erat, abunde provideret. Quia autem necessarium erat illa a fidelibus accipere, addit.

§. 14. *Discant autem & nostri bona opera tueri ad usus necessarios*, id est noverint fideles in hoc etiam bonorum operum actionem spectari, fratribus de rebus necessariis prospicere, *ut non sint infructuosi*, id est non sibi solis possideant ea quæ Deus illis est largitus, sed aliis communicent, atque ita fructus faciant bonorum operum, & imprimis liberalitatis in proximos.

§. 15. *Salutant te qui tecum sunt omnes*: nimirum non modo comites & cooperarii sed & omnes fideles. *Saluta eos qui diligunt nos in fide*: id est omnes Cretenses qui in Christum credunt  
 & me

288 J. DE LAET COMM. IN EP. PAUL. AD T.  
& me ministrum & Apostolum illius amore  
prosequuntur. Sequitur conclusio Apostolo  
usitatissima: Gratia cum omnibus vobis. A-  
men. de qua alibi dixi.

Ad subscriptionem quod attinet, non esse  
illam antiquam, sicuti nec cæteras haud pu-  
to ambigendum: nam & varie reperitur con-  
cepta: Claromontanus Cod. ut monet Beza  
tantum habet; πρὸς Τίτον ἐκκλησίᾳ. Vet. in-  
terp. *Scripta ex Nicopoli Macedoniae*; quod ne i-  
psum quidem verum esse ostendit D. Bez. e  
versu 12. debuisset enim dicere hic hybernare  
statui. Quod autem jam in Græco legitur  
τῆς Κρητικῆς ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέν-  
τι, fide caret & nullatenus verisimile est, ne-  
que enim Cretensium unam tantum Eccle-  
siam fuisse satis liquet ex v. 5. cap. 1. Et si Ti-  
tus unius alicujus Ecclesiæ Episcopus fuisset,  
non illum ad se evocasset Paulus & tamdiu  
postea secum duxisset.





## O MISSA &amp; COMMISSA.

Pag. 10. lin. 24. adde post *Ruspator sagacissimus*. Verum illa nominis derivatio mihi, ut verum fatear, non probatur; uti nec illa Clar. Boxhornii, qui dictam censet a *Scou*, seu potius *Scouda*, quod interpretatur transitum seu trajectum, quomodo etiam hodie naviculas illas, quibus rivulos trajicimus, *een Scou*, solemus appellitare.

Pag. 16. lin. 3. adde post *exprimerentur*. Quod stilo hominis scribere dicit Jeseias cap. VIII. vers. 1. uti explicat Rabbi Salomo apud *Danielm Fessellium Advers. L. 1. c. 5. pag. 40.*

Ibid. lin. 11. adde post *voluntatem*. Sic Justino Martyre atque Joanne Chrysofomo autoribus, Deus præcepit Moyse ut confectum ex ære serpentem in ligno vel supra januam aut saltem juxta januam tabernaculi testimonii configeret (*Mæbius de Serpente Æneo cap. 2. §. 38. pag. 51.*)

Pag. 17. lin. 10. adde post *secundo*. Sed dices qui leges promulgendæ poterant sanguine deleri? quidni, respondere possim, tam commode quam Israëlitz biberunt ex sequente spiritali petra, quæ erat Christus ita nos docente Paulo. 1 *ad Corinth. x. 4.*

Pag. 18. lin. 7. adde post *Rom. VIII. 2.* vel *σόμεθ' ἐν ἁγίῳ* *Jacob. II. vers. 12.*

Pag. 95. lin. 15. adde post *vidisses*, veluti de se, cum ex Laurentio de Medices intellexisset Hermolaum Barbarum Aquiliensium Patriarcham esse factum, testatur, qui bonas literas intermortuas excitavit judice magno Thuano, Angelus ille Politianus (*Ep. 13. Lib. 1.*) vellem dico vidisses &c.

Pag. 124. lin. 10. adde post *prosequantur*. At multum quoque posset alias dici huc contulisse, quod vel ipsum Gaudæ vocabulum non queat nisi patulo fere ore literisque gutturalibus, uti Hebræis vocantur, exprimi.

Pag. 139. lin. 5. adde post *narranti*. Quis Lorino asseveranti Mediolani adhuc superesse illud æs è quo serpens, cujus aspectu sanabantur a serpentibus icti Israëlitarum, fuit confectus. (*Mæb. de Æneo Serpent. , cap. 2. §. 13. pag 38.*)

Pag. 157. lin. 21. adde post *dicit*, quamquam alii Iovis catenam auream, de quo Homerus, (*Ἰλίου Ὀ. v. 15.*) historiam hanc adumbrare velint.

Pag. 166. lin. 3. adde post *TH. Smithum* in epistola elegantissima atque eruditissima de hodierno Ecclesiæ Græcæ Statu pagina centesima iteratæ editionis.

Pag. 178. lin. 1. adde post *exhibent*. Illustris autem

autem Scaliger, quum ad firmanda foedera in conviviis hoc vas adhiberi solitum ait, plenus ex Helenio Acrone describit, *Vatillum, deminutivum a vase, est vas parvum, in quo pro felici hospitum adventu incensis odoribus Iovi Hospitali sacra fiebant* (ad Manil. Astron. l. 1. pag. 61.)

Pag. 204. lin. 9. adde post *Deum*, sub forma faculae per divisa animalia transisse, sub forma igneae columnae populo Israelitico praevivisse, imo igne, &c.

Pag. 237. lin. 19. adde post *Ephorus vero*, postquam ex Ateio Capitone enarrasset stellam significare prosperum & laetum, unde Romani lamellam aeream adsimilem stellae, locis inauguratis consueverant infigere. (*Fest. v. Stellam.*)

Pag. 244. lin. 8. adde post *transulisse*. Videtur enim hanc opinionem fovisse dudum ante nos & plenius descripsisse immortali gloria dignus Iosephus Scaliger cujus ego ipsissima apponam verba.

*Historiam defectuum Barbari Graecos docuerunt. Causas defectionum Graeci indagaverunt, & sero tandem repererunt, primum Conone Samio, qui defectiones solis ab Aegyptiis observatas collegit, deinde Hipparcho, viro, ut Plinius ait naturae consiliario eis viam praecunte, qui primus utriusque sideris deliquia a Chaldaeis annotata ad menses omnium Graeciae nationum accommodavit, ex quo divino opere omnia*

*Historiam defectuum Lunarium, hausit Ptolemæus, qui in suo illo magno opere multa veteribus accepta refert, nulli plura, quam Hipparcho. Quod si rem propius putemus, etiam ante quam ulla defectuum observatio Chaldaica ad Græcos pervenisset, jam prius Thales Milesius sine ullo Magistro Barbaro deliqua utriusque sideris didicerat, & adeo in illis profecerat, ut (NB.) defectus ipsos longe ante prædiceret.*

*Idem dicit Vitruvius Libro nono cap. 7. Cujus etiam verba paullo altius repetita adscribam. Cætera ex Astrologia, quos effectus habeant signa duodecim, Stellæ quinque, Sol, Luna: ad humane vitæ rationem, Chaldaeorum ratiocinationibus est concedendum: quod propria est eorum Genethliologiæ ratio, uti possint antefacta, & futura, ex ratiocinationibus astrorum explicare. Eorum autem inventiones quas scriptis reliquerunt, qua solertia, quibusque acuminibus, & quam magni fuerint, qui ab ipsa natione Chaldaeorum profuturerunt, ostendunt. Primusque Berosus, in insula & civitate Coos confedit, ibique aperuit disciplinam. Postea studens Antipater, itemque Achinapoli, qui etiam non e nascentia, sed ex conceptione genethliologiæ rationes explicatas reliquit. De Naturalibus autem rebus Thales Milesius, Anaxagoras Clazomenius, Pythagoras Samius, Xenophanes Colophonius, Democritus Abderites, rationes quibus e rebus natura rerum gubernaretur, quemadmodum quosque effectus habent, excogitatas reliquerunt. Quorum inventa se-*

cuti, syderum, & occasus, & ortus, tempestatumque significatus, Eudoxus, Eudemon, Callistus, Mela, Philippus, Hipparchus, Aratus, ceterique ex Astrologia parapegmatorum disciplinis invenerunt, & eas posteris explicatas reliquerunt. Quorum scientie sunt hominibus suscipiendæ, quod tanta cura fuerunt, ut etiam (N. B.) videantur divina mente tempestatum significatus post futuros, ante pronunciare. Quæ si rite justeque ad Prisciani Cleantisque lucernam discutiuntur ostendunt satis superque Thaletem non nisi Solis Lunæque defectus atque motus observasse, si vero me aut aliis rationibus aut scriptorum locis possitis convincere mox vestra tutissima in castra transire sum paratus.



I N  
A M O E N I T A T E S  
T H E O L O G I C O P H I L O L O G I C A S

Rerum maxime memorabilium  
Indiculus.

<b>A</b> Belis victima quomodo recte pingenda.	190.
Accus terriculamentum puerorum.	157.
Acida an nociva.	172.
Alphitus terriculamentum puerorum.	157.
Ad Ambusta remedia.	178. 179.
Animalia quaedam Hebræis quare prohibita.	177.
Anguibus coronati Bacchantes quare.	214.
Apostoli columnæ dicti.	19. 22.
Aqua holocaustis affusa.	196.
Αεπάζειν qualis ludus.	103.
Ασνγλιασμός qualis ludus.	125.
Astrologiam qui invenerint.	233.
Auris signum obedientiæ.	241.
Aures postibus quare affixæ.	24. 25.
———— baptizandorum attractæ & oleo unctæ.	26.
Aures mobiles qui habuerint.	26.
Avium quarundam esus cur Hebræis prohibitus.	177.

B.

Bacchantes quare rufa & anguibus coronatæ.	216.
Ibyadæ dictæ.	217.
Bacchus a rusticis cultus. 212. Hederâ coronatus. 213.	
Lauru. Ibid. muliebri pictus corpore.	214.

Berseau Gallis unde dicatur.	114.
Bibere in honorem absentum veteribus in usu.	221.
Blinde manneke qualis ludus.	134.
Bocharti carmen ineditum.	33.
Bootje navicula unde dicta.	129.
Bufo & lilium Regum Galliae insignia quid indi- cent.	174.

## C.

Capellæ in templis.	33.
Caput turratum.	107.
In Capillis an lateat vis occulta.	150.
Censorinus emendatus.	144. 145.
Cibi olim unguentis perfusi.	170. & seqq.
Civis originarius quis.	47. 48.
Civitates viles olim ob res aditæ.	5. 6.
Cleopatra lethum sibi parans qui pingi debeat.	184.
Cometæ an signa malorum.	240.
—— an possint prædici.	242.
Columbæ figura an descendit Spiritus Sanctus.	197.
& seqq.	
Columna nubis & ignis quid significet.	23. 24. 27.
—— Akekeri, Sethi, Amazonia.	32.
Columnæ ab antiquis pro diis cultæ.	27.
Columnæ templi Salomonis ut norma fabris pro- positæ.	13.
—— earum nomina quid indicent.	18. & seqq.
Colyphia quales panes.	164.
Columnis leges, decreta, Carmina, &c. inscri- pta.	14. 15. 29. 30. 31. Corea-

# I N D E X.

<i>Cœreana unde dicta.</i>	248. 249
<i>Crabethii celebres encausti.</i>	101
<i>Culter quando inventus. 167. unde dictus</i>	Ibid.
<i>Cocis concessus.</i>	168.
<i>Cyclops puerorum terriculamentum.</i>	154.

## D.

<i>Demonstrationes Mathematicæ an in medicina lo-</i> <i>cum habeant.</i>	146. 181.
<i>Doletus Stephanus combustus.</i>	146.
<i>Dormitorium i. e. sepulchrum.</i>	35.

## E.

<i>Erasmus an Gaudanus an Rotterodamæus multis</i> <i>disquiritur. 38. &amp; seqq. contra calumniatores</i> <i>defensus. 94. ejus Epistolæ ineditæ.</i>	62. 63.
<i>Empusa, puerorum terriculamentum.</i>	154.

## F.

<i>Flamma gladii in Paradiso quid fuerit.</i>	187. 188.
<i>Funalia quid sint.</i>	228.

## G.

<i>Galericulum, une perruque, an priscis cogni-</i> <i>tum.</i>	112.
<i>Galliæ Regum insignia.</i>	174.
<i>Gallinaceum projiciebant in vicinorum terras bellum</i> <i>indicturi Romani.</i>	175.
<i>Gallinaceus supplicio morituris exhibitus.</i>	176.
<i>Gany-</i>	



# I N D E X.

- Ganymedes male pingitur aquilæ dorso insidens.* 183.  
*Gauda unde dicta, 10. appellata M A R. S.* 8.  
*in ejus honorem carmen Hugonii.* 119. *Pe-*  
*tri Scriverii ineditum.* 120.  
*Gauda oriundi milites. 7. docti. 93. pictores.* 99  
*Gaudani libertatis vindices. 7. Oscitatores, an &*  
*quare dicti.* 123.  
*Gello puerorum terriculamentum.* 153.  
*Gladio accincti olim accumbebant, operabantur*  
*&c.* 160.  
*Gouwæ fluvii nomen & caput investigatur.* 131.

## H.

- Hercules male pingitur ora leonis dirumpere.* 184.  
*Holocausta qui cœlitus accensa.* 191. 192.  
*— qui dolo aut arte.* 195. 196.  
*Horologia nostra an veteribus cognita.* 227.  
*Hyginus tentatus.* 53.

## I.

- Ignis quando primum, & quomodo acceptus.*  
 193.  
*Isala & Isela qui differant.* 115.  
*Iselæ origo & caput investigatur.* 116. 117.  
*Isidorus emendatus.* 35. 220.

## K.

- Kalendarium unde dictum.* 237.  
*Klapin 't handje qualis ludus. 134. unde Ortus,*  
 &

I N D E X.

<i>Et an licitus. Ibid. quæ membra in eo percussa.</i>	137.
<i>Κολλαβισμὸς qualis ludus.</i>	134.
<i>Kramen an veteres cognorint.</i>	104.

L.

<i>Lactantius tentatus.</i>	164.
<i>Lapides animum pugnaturis addentes.</i>	175.
<i>Lingua in sacrificiis præconibus data.</i>	175.
<i>Ludi veterum apud nos cogniti.</i>	103. 122. 125.
<i>Luna signum festorum,</i>	235.
<i>quibus præesse dicitur.</i>	235.
<i>quare parturientibus præest.</i>	236.
<i>quare in librorum frontibus picta.</i>	Ibid.
<i>nova usuræ solvebantur.</i>	236.
<i>plena Græci pugnabant,</i>	236.
<i>in parandis &amp; assumendis medicamentis observata.</i>	235.
<i>Lunicolas credidit Xenophanes &amp; Anaxgoras.</i>	230.
<i>Luydje leeft nog quis ludus &amp; unde derivatus.</i>	139. 140. 141.

M.

<i>Mala aurea catenis ferreis e quibus in templis dependent lampades quare affixa.</i>	104.
<i>De Man puerorum terriculamentum unde dictum.</i>	152. & seqq.
<i>Mercurius puerorum terriculamentum.</i>	154.
<i>Monarchia ultima in Gallos dicitur debere devolvi.</i>	174.

# I N D E X.

<i>Mulieres an habeant verum semen.</i>	142.
<i>Mulierum capita turrata.</i>	107. & seqq.
<i>Mulieribus omnibus non idem convenit ornatu.</i>	111.
<i>Mundi regimen quodnam primum &amp; optimum.</i>	147. 148.
<i>Mundorum pluralitatem qui agnoverint.</i>	230.

## N.

<i>Naves quomodo olim distinctæ.</i>	129.
<i>Nomina eruditi sæpe mutarunt.</i>	41.

## O.

<i>Oblies veteribus cogniti.</i>	225.
<i>Occi quid sint.</i>	158.
<i>Oculis qualia adhibenda remedia.</i>	182.
<i>Ophiophagia in sacris Bacchi.</i>	216.

## P.

<i>Panis unde dictus.</i>	162.
<i>Panès à mulieribus confecti.</i>	163.
<i>———— quomodo olim convivis porrecti.</i>	162.
<i>Panibus variæ formæ impressæ.</i>	163. & seqq.
<i>———— asellus in Vestalibus sacris coronatus.</i>	164.
<i>Pictores Gaudani.</i>	99.
<i>Pictorum errores varii.</i>	183. & seqq.
<i>Pileus coniformis.</i>	106.
<i>Pistrina veterum an equis agitata.</i>	133.
<i>Placentæ loco panis usurpata.</i>	166.
	Pla-

# I N D E X.

<i>Placentis mensæ Habessinorum strata.</i>	166.
<i>πλατυγίξειν qualis ludus.</i>	125.
<i>Poculum Grammaticum quid.</i>	222.
<i>Pocula quot licita.</i>	208.
— <i>cæolata an olim in usu.</i>	271.
— <i>olim cornua.</i>	01.2
— <i>in amicitie signum data.</i>	213.
<i>Postibus Israelitarum quare sanguis illitus.</i>	16.
— <i>in scriptæ leges.</i>	72.
— <i>quare affixæ servorum aures.</i>	24.25.

## Q.

<i>Quadra quid sit.</i>	165.
-------------------------	------

## R.

<i>Reliquiæ variæ.</i>	137. & seqq.
<i>Rosa in tabulato &amp; mensa quare depicta.</i>	158.
— <i>fidei Symbolum.</i>	159.
<i>Rustbanken etiam cognorunt veteres.</i>	126.

## S.

<i>Sacrificia quænam Deo grata.</i>	190. 191.
<i>Sal quo in honore apud veteres.</i>	169.
<i>Samsonis capilli an occulta vi præditi.</i>	151.
— <i>historia ex parte a gentilibus expressa.</i>	151.
<i>Spiritus Sanctus an sub forma columbæ descenderit.</i>	197. & seqq.
<i>In Sanitatem bibere alicujus quando inductus mos.</i>	221.
	Scala

# I N D E X.

<i>Scala Jacobi a gentilibus adumbrata.</i>	157.
<i>Sedes sepulchra dicta.</i>	34.
<i>σκόπος II. Corinth. XII. 7. quomodo vertend.</i>	136.
<i>Sol indicat nonnumquam Christum.</i>	245.
<i>Somnus morti assimilatus.</i>	34.
<i>Stella Magis an semper praeluxerit.</i>	238.
<i>Stellæ quæ beneficæ.</i>	237.
<i>———— infuscæ.</i>	238.
<i>Stellæ &amp; signa cæli differunt.</i>	240.
<i>———— stellæ significant fideles.</i>	245.
<i>———— an vera prænuntient.</i>	246.

## T.

<i>Theauri quid sint.</i>	33.
---------------------------	-----

## V.

<i>Umbelle quare imaginibus appositæ.</i>	184.
<i>Umbella male Christo appositæ.</i>	185.
<i>Urbium descriptiones quare variores.</i>	128.
<i>Vanden quid sit &amp; unde dictum.</i>	114.
<i>Via lactea quid sit. 229. ex ea succos infundi credebant herbis. Ibid. ex ea &amp; ad eam reverti animas.</i>	Ibid.
<i>Vina unguento mixta.</i>	172.
<i>Vina coronare quid sit.</i>	206.
<i>Vitrorum Gaudani templi tabula descriptæ.</i>	95.

## W.

<i>Wijnvaten an norint veteres.</i>	104.
-------------------------------------	------

# F I N I S.

# E R R A T A.

- Pag. 4. l. 8. *atatis p.*  
 7. l. 20. &  
 8. l. 3. *Marci.*  
 9. l. 11. *dele hocce duos versus.*  
 ——— 7. *exteriorum.*  
 23. l. 6. *quod.*  
 34. l. 1. *Ambrosi. Ausbertus.*  
       *eiuslocusextrat. pag. 23.*  
 25. l. 23. *uti.*  
 33. l. 1. *Sabam.*  
 ——— 12. *Norhi.*  
 ——— 19. *quo. sub organo.*  
 35. l. 3. *Th.*  
 ——— 17. *confanguinitatem.*  
 36. l. 2. *ἰγνοῖμῶν*  
       *ἐπινοῖμῶν*  
 ——— 28. *priscæ.*  
 38. l. 4. *De nativitate Homeri*  
       *septem certabant urbes, ita*  
       *adhuc de Regina Saba A-*  
       *thiopes & Arabes, de Con-*  
       *stantino Magno Thraces at-*  
       *que Britanni, de Carolo*  
       *Magno Franci & Germani,*  
       *de Christophoro Longolio*  
       *Machlinies, &c.*  
 Pag. 39. l. 12. *splendore.*  
 41. l. 25. *patrio.*  
 91. l. 20. *eui.*

67. l. 9. *es*  
 96. l. 2. *vidisses.*  
 ——— l. 5. *vultuum.*  
 101. l. 10. *encaustis.*  
 106. l. 23. *morem add. revixisse.*  
 110. l. 15. *dele, non.*  
 116. l. 16. & *ita.*  
 218. l. 18. *eo quidem.*  
 123. l. 2. *exiliter.*  
 ——— 9. *incolas.*  
 127. l. 5. *ita.*  
 145. l. 1. *admissionem.*  
 157. l. 6. *fuerat.*  
 163. l. 26. *confici.*  
 177. l. 10. *cogitarum.*  
 187. l. 19. *inhabitabilis.*  
 188. h. 8. *allocutus.*  
 ——— 11. *hoc est.*  
 ——— 28. *notum add. ponit.*  
 192. l. 20. *ἦ*  
 ——— 22. *ἐπινοῖμῶν.*  
 ——— 25. *pro his.*  
 194. l. 14. *fit accendium.*  
 ——— 15. *flexuosis.*  
 211. l. 33. *juvari.*  
 215. l. 16. *alias.*  
 223. l. 6. *Iosephus.*  
 235. l. 11. *dele, peculatoribus.*  
 242. l. 17. *ostendere.*

# CATALOGUS LIBRORUM

*Nuperime impressorum & in Officina*

JANSSONIO-WAESBERGIANA

*prostantium.*

**A**lmeloveen Bibliotheca promissa & latens cum Epistolis Velschii de scriptis suis ineditis.

— Amœnitates Theologico Philologicae, Epigrammata & Poëmata Vetera, ac Plagiatorum Syllabus, iterata editione auctior.

— Inventa nov-antiqua sive orus & progressus Artis Medicæ cum ejusdem rerum inventarum Onomastico.

— Opuscula, sive Antiquitates è sacro profanae, ac conjectanea, veterum Poëtarum Fragmenta, & Plagiatorum Syllabus &c.

— Vitæ Stephanorum Celebrium Typographorum dissertatio Epistolica. 8.

— L'Arithmétique vulgaire des Cadets. oula science des nombres. 4.

— Arriani Ars tactica Acies Alanos, Periplus Ponti Euxini Maris Erythraei, de venatione, Epicteti Enchiridion, Apoptegmata, Fragmenta ex recensione Blancardi. 8. Gr. Lat. 8.

— Aristotelis Problemata cum Alexandri Aghrosidæi Problematibus Jul. Cas. Scaligeri, & Zimaræ.

— Beughem Bibliographia Historica Chronologica & Geographica novissima; accedit ejusdem Musæum seu Syllabus Ico-

num & Imaginum. 12.

— Mathematica & Artificiosa novissima.

— Eruditorum curiosa seu dispositio Harmonica Scriptorum, operumque in actis & Ephemeridibus Eruditorum totius ferme Europæ contentorum.

— Juridica.

— Medica & Physica continuata sub prælo.

— Bayle Problemata Physica & Medica, dissertationes Medicæ, Physicæ. 12.

— Breinii Plantarum exoticarum Centuria, fol.

— Bullarii Romani-Detectio ac confutatio Generalis & specialis Bullarum Innocentii de Cultu imaginum, Jesuitissis & abrogatione Pacis Germanicæ. 4.

— Beschreibung der Stad Danzig mit schöne Kupfern, fol.

— Catullus cum notis Vossii.

— Du Choul Religio ac Castrametatio Romanorum & de Balneis cum figuris, 4.

— Idem in Duyts.

— Cloppenburgii Opeca omnia Theologica, 4. 2. voll.

— Cerimoniale Historico politico di Gregorio Leti, 5. voll.

— Vita di Sisto V. 3. voll. du medesimo Authore. 120.

— Crescentii Artes recondite dominandi ac regendi. 120.

— Le Clef de l'Apocalypse

Cru-

CATALOGUS LIBRORUM.

Crucii Orationes varii argu-  
menti.

Dale Pharmacologia ad ma-  
teriam Medicam adornata.

Dissertatio de Febre circa  
Cartesium. 120.

Epistola de Tolerantia &  
Struensis de pace Civili & Ec-  
clesiastica.

La Philosophie des Anciens  
pour connoître tous les Me-  
taux & Mineraux & arriver en  
fin a la perfection du grand  
œuvre avec fig.

Evangelia Gothica & Anglo  
Saxonica a Iunio edita.

Firmiani Opuscula sive Gy-  
ges Galus & Somnium Scri-  
ptionis.

Gebri Chimia. 8.

Gesteranus de Constantia  
Christiana 8.

Tractatus de Aquis Medica-  
tis Blondelli. ab Heers, du  
Closter, &c.

Givri Arcanum Acidularum 12  
Geulinx Ethica. 12.

Hostius & alii Authores de  
Re Nummaria. 4.

Heide experimenta Medica  
cum figur. 8.

Heronis Spiitalia. 4.

Historia Flandriae Christia-  
nae diplomatibus & Sigillis  
Comitum adstructa fol.

Huetii Demonstratio Evan-  
gelica editio Tertia fol.

Helmonts Paradoxale Dif-

coursen vande natuur kunde en  
wederkeering der Sielen.

Kirchmannus de Rebus Nor-  
vagicis. 8.

Limborg de Veritate Reli-  
gionis Christianae cum erudito  
Iudzo. 4.

Lipsii Opera omnia. 8.  
4. voll.

Lucanus cum supplemento  
Thomae May. 24.

Matthaus de Nobilitate 4.

Memoires de Bassompierre.

Metropolitae ou de la Com-  
merce. 8.

Opuscula Philosophica de  
Deo, & ejus Existencia de Re-  
volutione Animarum ac Philo-  
sophia vulgaris reformata.

Ovidii Opera 3. voll. 120.

Philoten Symbola Christi-  
ana.

Parladorii Opera Iuridica. 4.

Philosophie naturelle par de  
Roy. 4.

Przypcovii Cogitationes Sa-  
cræ in N. Testamentum ac ejus-  
dem alios Tractatus. fol.

Schola Salernitana.

Simonis Historia Critica V.  
Testam. 4.

Spelmanni Glossarium Ar-  
chajologicum. fol.

Tollii Fortuita, Manu ductio  
& promissa Chimica. 8.

Via Regia & Scrutinium Ve-  
ritatis ad Orthodoxam fidem  
manu ducens. 4.